



In Diui Pauli Apostoli Priorem ad Timotheum epistolam distributiones XX.

<https://hdl.handle.net/1874/428524>

2

IN DIVI

PAVLI APOSTOLI PRIO-
rem ad Timotheum epistolam di-
stributiones xx. autore Tho-
ma Venatorio.



BASILEAE
apud Andream Cratandrum

M. D. XXXIII.

REVERENDO IN
CHRISTO PATRI AC DOMI
no, D. IOANNI Schopero, apud
fontes salutares Abbati dignissi
mo, THOMAS VENA
TORIVS S.



V I Stagiritæ illius, philosophi equis
dem diligētissimi, placitis auscultat, R.
P. neminem in puris hominibus repre
riri posse arbitrantur, cui prorsus uni
uersa naturalium rerum cognitio contigerit: neminem
esse qui, hisce de rebus, absolutā mundo polliceri pos
sit scientiā: quod sublimior sit earum uirtus, quam ut
ab homine mortali, exiguo, quo hic interim in terris
agere licet, temporis spacio, peruestigari queat. Et
haud cæciunt illi quidē, meo iudicio, hac in parte.
Nam omnibus eadem in re laboratibus, conantibusq;
hactenus, ut in intimos illos naturæ recessus intromita
terentur, longe contrā euenisse compertum est. Si quis
dem ea cognitio, quæ tot uigilias, tot labores, ceu iure
quodam meritiſimo, sequi maxime debuit, uix tenui
quodam illis sensu contigit: & affectū ut imaginatum
iam toties suum illū mundus sapientē, ne sperare quis
dem amplius debeat. Quod si in cognoscenda fluxarū
rerū ueritate, pro innata sibi cæcitate, tam caligat hu
manus intellectus: quæ erit hebetudo carnis nostræ,
ubi

EPIST. DEDICAT.

ubi non prophana, sed sacra: nō mundana, sed supera
mundana: nō carni & sanguini consentanea, sed spiri-
tui duntaxat cōprehensibilia, proponuntur? Quales
profecto sunt omnes ab Apostolo sancto cōscriptae epi-
stolæ. Quarum tanta semper ab optimis quibusq; exi-
stimata est sublimitas, ut omne prorsus humanæ sa-
cientie supercilium q̄longissime post se despxerint.
Vnde & repurgatū à fece carnis lectorem requirunt.
Tam enim magnifica reserta sapientia sunt omnia,
ut facile omnes omnium philosophorū argutias elude-
re, omnia rhetorum ornamenta contempnere queant.
Et meritò quidem. Nam deo quæ scribit, quaq; de
gratia dei, de misericordia quoq; & dilectione dei er-
24 peccatores: rursus autem & de fide uerbi, qua ser-
uum credentes, nulla unquam humana cogitatio sa-
tis, & pro magnitudine rei cuiusq; cōcipere, nulla uer-
borū natura pro dignitate interpretari potuit hacte-
nus: uel quia crassi sunt sensus carnis nostræ, uel quia
uniuersa uerborum supplex, ad diuini uerbi diuitias
collata, paupertas et inopia censi possit. Etenim o-
mnis humanæ ratiois perspicuitas, ad percipiēda Pau-
line philosophiæ sacramēta, tam est, sine spiritu Chri-
sti, efficax, quam est noctuæ oculus ad solis radios in-
tuendos idoneus. Neq; illa interim, dum hæc dico, ant
mum meum libido subiit deterrendi mortales à Pau-
line philosophiæ studio, aut alioqui ad meliorem fru-

EPISTOLA

gem contendentes remorari. Illud duntaxat indicare placuit, quia profundis omnia scatent mysterijs, non statim ad quorumuis uoluntatem sese submittere spiritum illorum, sed ad eos peruenire tantu, qui iam ip sis carnalibus affectibus, ueluti in ditionem receptis, superiores euaserunt: qui carnem suam crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs, ut scribitur: quiq; iam sese exercent, exemplo beati uiri, in lege domini die ac nocte. Proinde ad nullum magis, quam ad Pauli linæ philosophiae studium inuitandas esse mortalium mentes, iure equidem existimauerim. Etenim si esuris, Ambrosiam spirat hic tibi spiritus dei, qua famem carentis iustitiam animæ sedare solet. Si sitim pateris, Nectar propinat ille, quo sitim & incentiuia carnis quæq; extinguit. Si nudus es, uestem ostendit ille, quo baptizatus in mortem Christi, refrigerantis charitatis incommoda à te arceas. Si teclu cares, munitiones donat ille, quibus anima aduersus infesta temptationum genera munire se posset. Quod si cui tam uarie diuitiæ fordan, abundet licet

Cunctis diuitijs, quæ sunt à Gadibus usq;

Auroram & Gangen, est miser ille tamen.

Et est præterea mirificus in dicendo artifex apostolus Paulus: nam omnes dicendi formas, ceu Proteus quidam, imitatur: nunc metum & trepidationem peccantibus incutit, nunc tristitiam obijcit, nunc, ueluti autoritatent

DEDICATORIA.

ritatem habens, aperte impedit: nunc rursus consolatur, ac uerba submittit, uelutiq; fixis in terram lumenibus, uerecundius quædam carpit, id quod potissimum in oratore querunt sapientes. Porro si cum his consuetudinē habere debemus, qui nos facere possunt meliores, quem, quæso, post Christum admittere par est, si Paulum ecclesia catholica excluderit? Nemo fortior illo, nemo in ferendis, pro Christo, malis constantior. Hic est enim quem nulla unquam afflictio, nullæ angustiae, nullæ persecutiones, non famæ, non nuditas, non periculum, non gladius, neq; mors, neq; uita, neq; angelii, neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neque altitudo, neque profundum, neq; ultra creatura alia potuit separare à dilectione dei. Quid præterea doctius, uel ipsis Athenis, uisum est unquam? Qui salutem prædicans, non eminentia rhetorici sermonis instructus, annunciat testimonium dei: eratq; sermo illius non in persuasorijs humanæ sapientie uerbis, sed in ostensione spiritus & potentiae, ut uirtutis nostræ basis non esset in sapientia hominum, sed in potentia dei. Hic est ille, qui nec quicquam scire se existimat, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum: per quem sibi mundus, & uicissim ipse mundo erat crucifixus. Sed hic tam mundo uilis & abiectus, quem non orbis angulum prædicatione sua repleuit? Quos non populos ad consortium Christianæ religionis addu-

EPISTOLA

xit? An non, per potentiam spiritus dei, ab Hierosolymis, ad Illyricū usq; omnia impleuit euangelio Christi? An non idem in Christum mentis desiderium, sine malignitate affectum carnalium, ad extremū usque uitæ huius actum perdurauit? Hic est qui persicem Christi, reformatus ad imaginem dei (quatenus conueniebat in terra adhuc degenti) dicere non erubuit: Viuo iam non ego, sed uiuit in me Christus. Et iterum: Nostra, inquit, conuersatio in cœlis est, ex quo et seruatorem expectamus, dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo gloriose, secundum efficaciam, qua potest etiam subiçere sibi omnia. Hac nimirū laudabili instructus pertinacia, fortiter iuxta præfixum signum insequebatur ad palmam supernæ uocationis dei, omnia quæ à tergo sunt obliuiscens: gestiensq; animo si quo modo posset olim ad imaginem dei plenè reformari, quæ ut maculam nescit, ita nullam infirmitatis iniuriam admittit. Ceterum & hoc ad laudes Apostoli sancti accedit, quod qui illum audiūt, Christū audiunt; sic enim ipse ad quosdam loquens, testatur: An experimētum queritis eius, qui in me loquitur, Christi? imò quia ubique spiritum Christi refert meritò libertatem assequuntur, quicūq; animum philosophiae illius ut seruiat, adjiciunt. Proinde ego, propitio Christo, in hanc harenam, Christianè duntaxat philosophando

DEDICATORIA

phandi gratia, descendit ex omnibusq; quas illius nomine legimus epistolis, priorē illam ad Timotheum transmisā, enarrandā suscepit, succinctā quidē uerbis, sed plurimis tamē subinde refertā mysterijs: quae meritorē ad episcopū, aut in rebus sacrīs exercitatū quemāpiam, trāsmissa uideri queat, etiā si alioqui nullā in ea Timothei fecisset mentionē Apostolus. Quia in re etiā ad singula nō potuit assurgere animus noster, propterea q; minus apostolico culmini satisfactū putabūt quidam, illos primū nos ad cōmūnē humanæ fortis misericordiam remittimus, dum intelligant, neminem esse inter mortales, qui exactā in rebus sacrīs præstiterit cognitionem. Semper enim humanæ mentis nubilū fugiunt quædā, quæ nisi post exūtā mortalitatē, in cognitionē nostram peruenire fas est. Deinde suscepit prouincia magnitudinē, cū nostra tenuitate cōferre æquū est, uidereq; num aliū quempia mihi in hoc scribūdi genere proposuerim scopū, præterq; Christū, et pietatē. Fazteor aut̄ esse quædā etiā in hac epistola, quæ attentū lectoris et animum et iuditium et sensum requirunt: quod genus est in primis de uiduis, cap. 5. locus, ubi ait: luniores uiduas reijce: cū enim lasciuire coepérint aduersus Christū, nubere uolunt, habentes cōdemnationem, quod primā fidē reiecerint. Hūc locū falso quidam de uotis monasticis intelligūt: quasi uero apostoli tempore eadē uotorū ratio, atq; hodie sub Papæ regno est cernere, in ecclesia Christi fuerit. Ego, quia nō

E P I S T . D E D I C A T .

putabā ullos tāta cētitate laborātes unq̄ futuros, qui
per reprobū malitiæ suæ sensum uim fācerent aposto-
licis uerbis, paulò minus fortè, q̄ rei dignitas postula-
bat, hūc locū expendi. Quanq̄ si perrexerint cōtende-
re pertinacius aduersarij ueritatis, et ad sua impia uo-
ta detorquere hūc locū uoluerint: cōtendemus & nos
ad idem quoq; pertinere, quod uetat uiduā eligi mimo-
rem annis sexaginta: erūtq; inualida omnia uota, quæ
ante eam ætate facta fuerint. Nō enim Apostolus fidē
primā ibi uocat uotū monastices, sed fidem, qua in bā-
ptismo Christo nomen damus credētes: quā deinde fi-
dem, mox ut cōtemnere, lasciuireq; aduersus Christū
cōpissent quædā, petulantiores ex illis publicis, q̄bus
alebantur, ecclesiæ sumptibus factæ, reijciebant. Sed
missa sint h̄ec: neq; enim digni sunt aduersarij quibus
cū digladiemur amplius, qđ multo fint infirmiores,
q̄ ut impeñū apostolici spiritus unq̄ sustinere queant.
Quod reliquū est, ego hosce meos, qualescūq; tandem
sint, labores, Paternitati tuæ nominatum dicare uo-
lui, cum quod mei erga te signū sint amoris, tum quod
tui in me officij testimonīū ubiq; legāt Paulinæ philo-
Sophiæ studiost. Scripsi aut̄ oīa q̄ potui modestissime,
ac simplicissime: citraq; omnē ostentationē uias perse-
cutus sum omnes, quibus putauī ad id, quod uolebam,
peruenire posse. Bencualeat R. P. T. cui me iterum
atq; iterū cōmendo. Ex Norimberga, sexto Calend.
Aprilis, anno M. D. XXXII.

IN COMMENTARIA PRIO-
ris ad Timotheum diui Pauli
epistolæ, Index.



Cham cuius figura.	66.b
Adam prior nō seductus, quomodo intel- ligendum.	54.b
Aequus qui dicatur.	60.b.61.a
Angeli testes operum nostrorum.	109.a
Angeli prædicarunt aduentum Christi.	72.b
Anne exemplum sequantur uideæ.	101.b
Antichristus non una persona.	76.a
Aquilarum natura.	7.a.b
B Il lingues.	66.a
Boui triturani os nō alligare, quomodo intelli- gendum.	104.b.105.a
C Atabaptistæ taxantur.	17.b
Cham ob malitiam factus seruus.	116.b
Charitas.	20.a.b
Christi diuinitas.	2.b.30.a
Christi duo aduentus.	142.a
Christū & patrem unū esse, quomodo intellig.	142.b
Christus unica uia ad salutem.	49.a
Christianī charitatem amant.	15.a.b
Cibi nulli prohibiti.	78.a.b
Coniugium quare dicatur.	77.a
Conscientia mala.	36.a
Crimine omni uacare, quomodo intelligendū.	58.b

I N D E X.

- D**EBORA prophetæ donum habuit. 100.^a
 Deus mult omnes saluos fieri, quomodo intelli-
 gendum 45.b. 46.a
 Deum uidere, quomodo intelligendū. 142.b. 143.a.b
 Diaconi prius probentur. 67.a
 Disputandum cum quibus. 124.b
 Diuitiae quomodo utenda. 129.a
 Diuitiae auaris in pœnam. 131.b
 Diuitiarum Stilpho contemptor. 140.b
 Diuitiarum incommoda. 127.b. 128.a.b
 Doctoris officium facile non committendum est. 65.a
 Doctrina diuersa. 13.b. 14.a
 Doctrina qui indigeant. 90.b
 Domui sue præesse quid. 62.b. 63.a
ECCELSIA templum dei. 70.b. 71.a
 Ecclesiæ status perturbatus. 40.a
 Ecclesiæ mali præficiendi non sunt. 113.b
 Electio à deo pendet. 45.b
 Eleemosyna quid proprie. 82.b
 Eleemosynæ hypocitarum. 83.a
 Eleemosynæ laus. 42.b
 Episcopus Christi exemplari respondeat. 127.a
 Episcoporum auaritia. 140.a
 Episcopus aptus sit ad docendum. 60.a
 Episcoporum falsorum pœna. 57.a.b
 Episcoporum uxores quales esse debeant. 68.b
 Episcopi

I N D E X.

<i>Episcopi sint servi, non domini.</i>	63.a
<i>Episcopi munus.</i>	57.a
<i>Errores unde.</i>	21.b
<i>In excommunicatos, magistratus potestatem habet.</i>	
<i>Excommunicationis diligentia.</i> 108.b	(39.a)
<i>Excommunicatio.</i>	36.a.b.37.a.b
<i>Excommunicati lugendi.</i>	37.a
<i>Excommunicationis forma describitur.</i>	37.b.38.a
F <i>Abulæ prophaneæ.</i>	80.b
<i>Fabulæ aniles.</i>	81.a
<i>Fides quid.</i>	135.a
<i>Fidei diuersum quid.</i>	14.a
<i>Filij Abrahæ.</i>	5.b
<i>Filij dei.</i>	5.b
<i>Filij sponsæ.</i>	5.b
<i>Filij noctis.</i>	6.b
<i>Filij alieni.</i>	6.b
<i>Filij scelerati.</i>	6.b
<i>Filij adulterini qui.</i>	7.a
<i>Frater qui.</i>	19.b
G <i>lezi cuius figura.</i>	66.b
G <i>Gradum bonum acquirere quid.</i>	70.a
<i>Gratia dei saluamur.</i>	9.b
H <i>Eli inobedientes filij.</i>	64.b
<i>Hieremias incusatur, quod uocatione non mox secutus fuerit.</i>	57.b

I N D E X.

- Hospitalitas in episcopo sit. 59.b
 Historia Luc. 10. declaratur, de illo qui in latrones
 inciderat. 10.a.b
 Hora ultima quæ. 75.a
 Hora undecima quæ. 75.d
IEiunum quid. 82.b
Insulæ habitator in Amos quis. 3.b
 Iudæi progenies sacerdarum. 6.b
 Judith uirtutes. 99.b.100.a
 Iustificatio in spiritu quæ. 72.d
 Juuentus non contemnenda. 88.a
LAcedemoniorū sententia de pueris. 63b..64.a
LLex puniendi quibus constituta. 25.b
 Lex spiritualis. 22.d
 Legis opus. 22.b
 Lege abuti. 23.b.24.a
 Leges iusta uolunt. 26.a
 Liberi probe educandi. 63.b
 Liberi euehunt gloriam parentum. 1.a
 Locus Lucæ 15. declaratur, de 99. iustis. 29.a
 Loquacitas in muliere damnatur. 53.b
MAchabæorum mater. 101.b
 Malis hominibus quomodo utatur deus.
 32.b.33.a
 Mansuetudo. 137.b.138.a.b
 Manus puras tollere, quomodo intelligendum. 51.a
 Manuum

I N D E X.

Manuum impositio ob quid.	91.b
Manus imponendæ cuiquam non temere.	91.b
Matrimonij laus.	32.a.b
Mendacium perdit regna.	106.a
Meretricius ornatus.	32.a
Ministris uerbi debetur uictus.	105.a
Misericordia dei.	9.b
Misericordiae dei encomium.	10.b.11.a.b.12.a
Momi cuiusdam apophthegma.	113.b
Moses pusillanimitatis notatur.	57.b
Mulieris Christianæ ornatus.	33.a
In mulieres inuehitur, quæ ornatum naturalem inficiunt.	32.b
Mulieris ornamentum pudicitia.	32.a
Mulieris officium.	33.a
Mulieris dictum sapiens.	68.a
N Aboth iudicio Iesabelis perijt.	109.a
Neóφυτος qui.	64.b
Noëmi uirtutes.	100.a
O Pera non iustificant.	25.a
Operariorum genus uitæ triplex.	105.b
Orare in spiritu.	89.b
Orare in fide.	89.b
Orandum in omnibus locis Christiano.	10.b.51.a
Orandum pro peccatoribus.	43.b
Oraadum quare.	42.b

I N D E X.

<i>Oratio quid proprie.</i>	82.b
<i>Orationes magicæ.</i>	40.b.41.a
<i>Orationes piorum sint continuæ.</i>	42.a
<i>Oratio immisericordium non exauditur.</i>	42.b
<i>Orationem pueri à cunabilis edificant.</i>	43.a
<i>Orationis utilitas.</i>	40.a.41.a
P arentum cura erga liberos.	1.b
<i>Patientiae laus.</i>	137.a
<i>Pauli laus.</i>	1.b
<i>Pauli delegatio unde.</i>	2.a
<i>Paulus se peccatorem confitetur.</i>	29.a
<i>Pauperum adsit cura.</i>	136.a.b
<i>Pauperum clam or.</i>	132.b
<i>Pax quibus contingat.</i>	12.b
<i>Peccata hominum quomodo corrigenda.</i>	94.b.95.a
<i>Percussor qui.</i>	60.b
<i>Phinees impudicos perfodit.</i>	32.a
<i>Pietas quid proprie.</i>	135.a
<i>Pietatis natura.</i>	81.b.82.a
<i>Pœnitentia in tribus consistit.</i>	82.a
<i>Præcepta dei quomodo impleantur.</i>	18.b.19.a.b
<i>Prophetiæ nomen.</i>	33.b
<i>Prophetiæ de Timotheo quæ.</i>	34.a
<i>Prophetiæ donum uarium.</i>	31.b.32.a.b.
<i>33.a.b.34.a.b</i>	
<i>Rueri coercendi uirga.</i>	69.b
<i>Quæstiones</i>	

I N D E X.

Q uestiones uitande.	125.b
Q uestiones ueritas nescit.	126.a
Q uestiones uarie unde.	17.a
Q uestiones quid mali in ecclesiam inferant.	17.a
R V T H laudes.	100.b
S acerdotibusquare uini usus interdictus	60.a
S alutis caput fides.	105.a
Samaritanus qui.	10.b
Sarai exemplum pudicæ uxoris.	69.a
Sareptanæ Sidonie laudes.	100.b.101.a
Satanae tradi, quomodo intelligendum.	38.a
Satanae dolus.	90.b
Scientia falsa inflat.	121.b
Scientia uera pacifica est.	121.b
Scripturarum scopus.	18.a
Seniorem seuerius obiurgare quamobrem non licet, fol. 95.b	
Sermo simulacrum factorum.	89.a
Serui à signo foederis non exclusi.	117.b
Serui quando à dominis fugere possint.	118.a.b
Seruorum domini curam habent.	119.a.b
Seruorum conditio.	115.b.116.a
Seruitus Joseph nihil nocuit.	116.b.117.a
Spes uana	3.a.b
Speci uocabulum.	4.b
Susanna mulieribus imitanda est.	89.a
Spiritus	

I N D E X.

- Spiritus idem Euangelij & legis perdendi ma-
los. 25.b
- Σύμφυτος** qui. 64.b
- T**estes bene examinandi. 109.a
- Testimonium habere bonum, quomodo intelligendum. 65.a.b
- Timothei laus. 13.b
- Timotheus filius Pauli quomodo. 5.b
- V**eritas inopiam regibus conciliat. 106.d
- Victimæ Iudeorum Christum præfigura-
runt. 91.a
- Vidua paupercula laudatur. 102.b
- Viduarum partitio. 97.d
- Vini incommoda. 110.b.111.4.b.112.4.b
- Vini immodicus usus regibus interdictus. 66.b
- Vir imperet mulieri. 53.b
- Vita honesta cum doctrina. 37.d
- Vita humana in quinq; gradus diuiditur. 86.b.87.d
- Vitia facile addiscuntur. 62.d
- Vxoris unius uir quomodo intelligendum. 58.b.59.d
- Vxores multas conceſſit lex. 58.b

I N D I C I S F I N I S.

IN DIVI

PAVLI APOSTOLI SANCTI

priorem ad Timotheum epistolam
distributiones xx, autore
Thoma Venatorio.

DISTRIBVTIO PRIMA.



I H I L N A T V R A
ipsa melius, omnium fere
parentum animis, inseuit,
quād quod liberos suos, ro-
bur posteritatis, ut inge-
nuas artes imbibant, opti-
mis quibusq; doctoribus co-
mittere student. Etsi enim
ipsi aliquando parentes non perinde honestas profi-
tentur artes, tamen ut quamoptime institutos habeāt
filios, nihil non salutaris operæ impendunt: nec quic-
quam est cuius dulcedine magis capiantur parentes,
quād si filij à recte sapientibus, non perinde male in-
stituti uidcantur. Sæpe enim gloria filiorum, paren-
tes alioqui obscuros, claros reddidit: quemadmodum
non raro uidemus, parentū gloria, filios, alioqui igna-
uos, euehi. Semper enim filiorum gloria ad parentes
transit: & rursus parentum gloria in filios deriuat.

ANNOT. IN EPIST. PAVLI

tur: id quod magnus ille apud Græcos theologus, eleganti equidem carmine sic expressit:

Kύδος γῆς τοκεσι τέκνωμ κλέθ, ὡς τεκέσιη
ἡμ τοκεώμ, ξυνὴ δὲ χάρεις, καὶ ξυνὸς ὀνειδόθ.

Transit ut ad canos natorū gloria patres, (hoc est,

Rursus ut ad natos gloria sepe patrum:

Sic manet haud raro communis gratia utrosq;

Et commune illos dedecus usq; manet.

Sed quorsum hæc? dicet mihi aliquis. Audite in Christo mibi charissimi. Ego nos uniuersos, qui Christo nomen dedimus, filios iure apostolorum uocauerim, quod hi nos potissimum uerbo salutis genuerint Christo. Et nihil secius etiam doctores uoco, qui per spiritum Christi docti mysteria regni cœlorum, nos rus des adhuc rerum spiritualium, ad plenam salutis nostræ cognitionem instituere queant. Et id genus apostoli simul sunt omnes, quos Christus in mundum misit uniuersum, docere omnes gentes omnia, quæ ipse prius illos docuerat. Paulus autem apostolus, cuius in præsentia priorem ad Timotheū epistolam enarrandam suscepimus, nō uno nomine reliquos in docendi magisterio superat: uel quod in tertium usq; cœlum rapptus ea uidit, quæ homini eloqui fas non est: uel quod plus omnibus alijs et laborauit et scripsit in euāgelio Christi. Sed diutius in laudibus illius immorandum nō est: ipsum potius, ad Timotheū sic scribente, audite.

Pauli

PAVLI APOSTOLI
SANCTI AD TIMOTHE=
um Epistola prima.

CAPVT I



Aulus apostolus Iesu Christi, iuxta delegationem dei seruatoris nostri, & domini Iesu Christi, qui est spes nostra.

Vt Timotheum in officio episcopali, ac reliquis ecclesiæ Christi disciplinis instituat, pio quodam artifice autoritatē suam cum primis insinuare studet Apostolus: quod ipsi non solum hic, uerum etiam in singulis epistolis facere placuit. Id autem ab eo non sine ratione factū maiores nostri tradiderunt. Potuisset alioqui contemni à Iudeis, ut qui haud ita longe à lege Mosi desciuisset, ac præter expectationem omnium, nouam quandam, ac longe etiam diuersam, quam quæ per legem est, iustitiam annunciat mundo: à gentibus autem incredulis minus fidei ac roboris inuenisset doctrina sancta, si autor suum nomen non statim in ipso doctrinæ salutaris limine insinuasset. Ne porro doctrina sua tanquā ab homine profecta impune contemni posset: ne ex eorum numero esse crederetur, de

ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Ioan. 10 quibus Christus dicit: Quotquot ante me uenerunt, fu-
res sunt & latrones : ne crederetur currere, antequā

Hiere. 23 missus esset, aut prophetare, antequā loquutus ad eū
esset dominus. Legatum se dicit nō Moysi, aut alterius,
sed Iesu Christi: docens interim quidnam credentes
per Christum à deo sperare & possint & debeant.
Prærerea quia à deo missus est, proculdubio tutū non
est, allatam per illū negligere gratiā. Nam quemad-
modū ipsi integrū nō erat deprecari hanc apostola-
tus sui functionē, quod nō humanitus, sed iuxta delega-
tionem, sive imperium dei, illi obuenisset, cui impium
sit nolle parere: ita ingrati nomen haud unquam effu-
giet, quisquis illius admonitionibus mentem (ne acqui-
escat sanis doctrinī) subduxerit. Proinde ne quispiā
addubitaret solum patrem, excluso filio, uocasse hunc
ad munus apostolicū, adiunxit: Et domini Iesu Chris-
ti, qui est spes nostra : qui utiq; (ut Ioannes testatur)

Ioan. 1 uerbum est in principio apud deum , operaturq; eodē
modo, quo pater in omnibus . Omnia uocat, cum pa-
tre, que ubiq; utcunq; uocantur : omnia reiicit, que

Ioan. 5 ubiq; utcunq; reiiciuntur . Et nemo uenit ad patrem,
nisi filio ductore. Neq; item pater iudicat quenquam,
sed omne iudicium dedit filio , ut omnes honorent fi-
lium, sicut honorant patrem . Quicquid igitur à filio
iniungitur , à patre iniunctum esse interpretamur.

Ioan. 10 Sic enim ipse met Christus dixit : Ego & pater unum
sumus.

PRIOREM AD TIMOTH. ;

fumus. Et hæc est spes nostra, de qua hic loquitur Apo-
stolus: nempe tantam fuisse charitatem dei (cui uni,
quicquid habet hic mundus, acceptum referre debet)
ut filium pro nobis redimendis in mortem tradiderit.
Quem rursum, quia ad immortalitatem resuscitauit,
exemplum esse uoluit credentibus in se, ne præsentis
bus malis oppressi, aliqua ex parte uel succumberet,
uel desperationem admitterent. Siquidem ut ille iam
non moritur amplius, ut illi mors ultra non domina- Roma. 6
tur: sic spem esse fidelibus, per filium Christum, &
se eripi posse à malis, ac tandem uel serò, post uarios
casus, post tot discrimina rerum, hereditatem filiorū
dei percepturos. Quocirca, quibus hac spe iacuum est
cor, frustra illis Christus seruator prædicatur. Encra-
uata enim spe in Christum, omnia desperationi pa-
teant oportet.

Sunt qui confidunt in uirtute sua, alij in multitu-
dine diuinarum suarum gloriantur, alij suam iustitiā
cum Iudeis statuētes, iustitiæ dei nō subduntur. Quæ
omnia non possunt non falsam gloriationem parere
in corde humano: sanè contra id quod dominus per
prophetam loquitur: Non glorietur sapiens in sapien Hiere. 9
tia sua, neq; fortis in fortitudine sua, neq; diues in di-
uitijs suis. Et apud alium prophetam: Væ æterni do- Amos. 6
loris denunciatur his, qui opulentia sua occæcati, cō-
fiderent in monte Samariæ, & nō in domino deo suo.

ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Quinetiam in Esaiā Israēlitici populi confusio describitur, quod relicta in deum spē, in regem Aethiopie ac Aegypti spē suae anchoram figerent: à qua spē tandem exciderunt. Nam uidentes ignominiam confessorum suorum, magis timebant, & confundebantur ab Aethiopia paulò ante spē sua, & ab Aegypto gloria sua. Sed quid præterea ait propheta sanctus? Et dicet habitator insulæ huius in die illa (Hierusalem & terram Iuda, propheta insulæ nomine cōprehendit, quod hostibus undequaq; tanquā infesti maris fluctibus circumuallata essent omnia: uel quod ab oriente mari mortuo, ab occidente mari magno alluitur.) Hæc cīne erit spes nostra ad quos configimus in auxilium, ut liberarent nos à facie regis Aſyriorum? Est & alius apud alium prophetam locus, quo planè maledicitur, quisquis dominū non posuerit spēm suā:

Hiere. 17 Maledictus, inquit, homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Cuius ratio à sapiente quodam, his quidē uerbis affertur: Spes, inquiens, impij, quasi lanugo, quæ à uento tollitur: & tanquā spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquā fumus, qui à uento diffusus est: et tanquā memoria hospitis, unius diei præreunitis. Contrà Apostolus instar sapientis architecti, non aliud fundamentum spēi nostræ ponit, quam Christum filium dei, docens hunc unum & solum esse in quem

PRIOREM AD TIMOTH. 4

Quem sperauerint patres nostri, (ut ait propheta) spe Psal. 21
 rauerint & liberati sint: ad quem clamauerint, & sal
 ui facti sint: in quem sperauerint, nec senserint confusa
 tionē. Ac ideo spiritus sanctus per Hieremiam, bcz
 tum prædicauit uirum, qui confideret in domino, es-
 setq; dominus fiducia eius. Futurum enim ut sit tanquā
 lignum quod plantatur super aquas, quod ad humo-
 rem mittit radices suas, neq; timet cū incaluerit æstas.
 Etenim folium eius uiride semper, neq; unquam time-
 bit tempore ariditatis, nullo non tempore ferens fru-
 ctum. An non talis tibi uidetur fuisse Hiob, qui dice-
 bat: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo? Talis ipse Iob. 31
 David qui dixit: Non enim in arcu meo sperabo, &
 gladius meus nō saluabit me. Et de patribus olim san-
 ctis loquens, ait ad deū: Nō enim in gladio suo possede-
 runt terram, & brachium eorum non saluauit eos,
 sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio-
 nultus tui, quoniam complacuisti in eis. Qua re factū
 est, ut nulli prorsus deinceps creaturæ fiderent, sed in-
 dextera & brachio dei sui spem suam fixam haberēt.
 Et meritò quidem: ut enim alio loco idem propheta et
 rex testatur: Deus scutum est omnium sperantium in 2. Reg. 22
 se: imò nemo unquā sperauit in domino, & confusus Eccl. 22
 est. Hac fiducia fretus alibi Apostolus, de se, sui q; si-
 milibus dicebat: Gloriamur sub spe gloriæ dei. Nec
 id solum, uerum etiam gloriamur super afflictionibus,

ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Scientes, quod afflictio patientiam pariat, patientia uero probationem, probatio autem spem. Porro spes non pudefacit, quod dilectio dei effusa sit in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hac spe animati, aduersus quæcumque durissima, persistet spiritus noster, alioqui facile succubitus in aduersis.

Roma. 8. Siquidem quomodo in persecutionibus durabit qui carnem, illiusque desideria adhuc sequitur? An non est affectus carnis inimicitia aduersus deum? contraria legi diuinæ, & cui nunquam subiici queat? At qui iam spiritu dei agi coeperūt, quia filii dei sunt, neque hominem, sed deum seruatorem habent, statim eripiendi a malis spem concipiunt, patienter expectantes, quæ per Christum promissa est, gloriam filiorum dei. Interim ut fides & spes in admirationem uenirent apud homines, non statim oculis nostris subiucere uoluit deus, quæ preparauit dilectoribus suis. Et licet, qui Christo nomen dedimus, sciamus præstatam mundo salutem per mortem illius, tamen eam salutem nondum aspectu & fruitione honorum dei tenemus, sed spe dum taxat adhuc quæ non uidetur, expectamus. Ut enim alibi loquitur Apostolus: Spe salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis, quid speret? Si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Quia in re intelligimus speci naturam non esse scilicet aliud quam deum ipsum in eo potentiæ loco constat.

constitutum, ut quod promisit, præstare posse: deinde
& infinita sapientia, ut quæ congruo & tempore &
loco latus sit opem sperantibus in se: postremo tam
esse bonum, clementem & ueracem, ut quod promis-
sit, non sit negaturus unquam. Et hæc est illa spes quæ
hic allatam Apostolus dicit mundo per Christū, quæ
utiq; parua aut abiecta esse non potest, sed magna &
gloriosa: utpote quæ nullis periculis aut laboribus ce-
dit, nec ulla cruce, aut tribulatione consternata succū-
bit, semper quæ à tergo sunt obliuiscens, ad eauero Philip. 3.
quæ à fronte sunt fortiter eritens: iuxta præfixum si-
gnum insequitur ad palmam supernæ uocationis dei,
sciens per patientiam expectari debere (tanquam uix
aliquando peruenturi sumus) promissam nobis to-
ties in Christo salutem.

Itaq; Paulus qui non temere, sed uoluntate spiri-
tus dei, et imperio Iesu Christi uocatus est apostolus,
scribit hanc epistolam.

Timothæ germano filio in fide.

Brevis epigraphe, sed quæ magni quippiam in se-
se comprehendit. Docturus namq; Timothæum, non
quæ late pateat terra, non coeli spacia, non syderum
uices, non Solis lunæq; uel ortus uel occasus, in qui-
bus olim philosophi curiose magis quæ pie sudarūt:
sed ueluti imaginem quandam subiicit oculis, iuxta
quam se se componat quicunq; præficiendi sunt ecclesæ

ANNOT. IN EPIST. PA VLI

sie Christi. Sed hæc postea. Auditis Timotheum ue^rrum & genuinum uocari filium, non quidem carnis, sed filium in fide, utiq; Iesu Christi. Quæ filiatio hoc est melior, quo sanctius est uerbum ueritatis, per quod renascimur, quam gloria carnis nostræ. Postq; enim quispiam purificauerit animam obediendo ueritati(ut

I. Pet. 1. Petrus dicebat) intelligit quam sit incapax bonorum dei, prima illa ex Adam nativitas: rursus quam sit idonea & undiq; cap. ix bonorum spiritus dei, illa que est ex semine immortali per sermonem uiuentis dei, et manentis in æternum. Nam ut alibi quoq; scriptū est:

Iaco. 1. Et nos deus destinata uoluntate progenuit, sermone ueritatis, ut essemus primitæ quædam ipsarum creaturam. Tales filios habet deus, ut qui tandem hæreditatem accepturi sint cum Christo omnium paternorum bonorum in cœlo: qui hic interim, quia filij lucis sunt, secundum lucem, que Christus est, ambulant, fructu ædentes spiritus, qui situs est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate. Hi non raro filij uocantur Abraham, quod fidei illius uirtutem sequantur & indolem. Aliquando filij sponsæ & ecclesiæ, quod deus sibi illos fide & misericordia despousauerit. Quinetiam filij dei uocantur, quod deum ut patrem amore integro prosequantur, quem obseruant unice, & in cuius sanguinem omnia uitæ huius aduersa effundunt, ut qui solus eripere suos, & possit, & uelit. Huic filiationi nunc defuit

defuit ueritas dei , siue ante legem , siue sub lege , siue post legem . Et licet usq; adeò lex neminem ad perfe-
ctionem adduxerit , ut ipse etiam Moses & prophetæ
sancti inter filios , deputentur in seruitutem generat̄is
ancillæ : tamen quatenus lex etiam spiritualis est , non
aliud habens fundamentum salutis , quam summum il-
lum lapidem angularem Christum Iesum , et ipse Mo-
ses & prophetæ filij fuerunt liberæ , non quidem uel
naturæ , uel legis beneficio , sed sola adoptionis gratia
in Christo : qua factum est , ut et ipsi tutò , cum filijs no-
ui testamenti clamarent : Abba pater . Etenim et ipsi
spiritu dei ducebantur . Nec alia fides exhibendæ ad-
huc gratiae tempore , patres commendauit deo , quam
hodie manifestata Euangelij gratia credentes com-
mendamur . Vna et eadem fidei uirtus ad iustitiam
imputata est et patribus sub lege adhuc constitutis ,
que et filijs exutis iam ab onere legis . Hæc dicēs , nō
illos intelligo , quorū cor nō erat rectum cum deo , et
ad quorum cognatos Christus dicebat : Vos ex patre
diabolo estis : sed illos duntaxat intelligo , qui fide et
operibus referebāt patrē suum Abraham . Hinc illud
est precursoris officiū , ut Euāgelist̄a testatur , conuer-
tere scilicet corda patrū in filios . Quo cū difficiles se
præberēt Iudei , ac in carne duntaxat Abrahæ glori-
antes , dicerent : Genus sumus Abrahæ : ipse Baptista
amarè intempestiuam illorū gloriatiōne perstrinxit ,

ANNOT. IN EPIST. PAVLI

uocans eos progeniem uiperarum, quod nihil commu-
ne haberent cum uirtute, & semine ueri illius Abra-
hæ, & quod more uiperarum contra eos, qui se in lus-
tem spiritus asserere conabantur, insurgerent, ac oca-
ciderent. Quales etiamnum hodie uisuntur, qui lucē

Ioan. 3 nouæ gratiæ minus ferentes, diligunt tenebras magis
quām lucem, ne forte si in luce ambulauerint, arguan-
tur opera illorum. Ob eam causam ab Apostolo alibi

I. Theſſ. 5 filij noctis & tenebrarum uocati sunt. Et à Propheta,

Pſal. 61 filij alieni, filij uanitatis, filij mendaces. Et apud Esai-

Esaiæ. 1 am, in gratitudinis rei arguuntur Iudæi, cum ait domi-
nus: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerūt

me. Indignus, inquit, uidebar eis, qui essem pater eo-
rum, quos instar dulcissimi patris affectu prosequiu-
tus sim semper: non solum corporis curam gerens, nō
solum illis proficiens in temporalibus, sed neq; inter-
num hominem relinquens: enutriui illos uerbo meo,
per legem & prophetas, ac tandem illos exaltaui in
sacerdotium, & in regnum. Porro quos tantum dile-
xit, & in quorum oculis mirabilia operatus est in Ae-
gypto, in mari rubro, in terra Canaan, in qua deinde,
(eieclis, interfecit isq; illius regibus) sedes posuerunt:
illi inquam, qui iam filij dei per fidem esse debebant,
gens peccatrix, populus grauis iniuitate, semen ne-
quam, filij scelerati uocantur à domino. Et Moses nos-
tam facere uolens in gratitudinem populi illius, ac si-
mul

PRIOREM AD TIMOTH.

7

mul etiam pudore perfundere ingratos, dicebat: Pec- Deut.32
cauerunt ei, & non filij eius in sordibus. Generatio
prava atq; peruersa: hæc cne reddis domino popule
stulte & insipiens? Nunquid nō ipse est pater tuus qui
possedit te, & fecit, & creauit te? Non fert ingratos fi-
lios dominus. Nothi sunt & adulterini, qui alium in
terrīs, præter eum qui est in cœlis, uocat patrem. Ha Matth.23
buit olim & synagoga haud paucos filios, sed omnes
ferè Mosi habuit, non deo. Habent etiam filios suos
Franciscus, Dominicus, Benedictus, Bernhardus: &
quidem foecundi sunt illi in filijs: sed quām uereor non
esse præsentem foecunditatem ex uerbo dei uiuentis
& permanentis in æternum. Quæ spes, quæ utilitas
est filijs, toties plena bucca pietatem, sanctitatēq; pa-
trum suorum personare, si ipsi uentri obsequātur, ab-
eantq; post deos alienos, quos non coluerunt patres
eorum? Deplorati homines, & bis sese perdentes, &
quod à patribus (quorum imani pietatis titulo, plus
& quo efferuntur) fide & dilectione degenerarunt:
& quod necdum hodie sanis doctrinis acquiescentes,
inconstantis sibi humanæ rationis sumos diligunt, &
sequuntur. Rarum est filios non referre paternos mo-
res: at ex nostris illis, quidam præter vulgare illud pa-
ternum nomen, nihil prorsus ostendunt, ut iam opti-
mos paires, adulterinis etiam confusurari filijs uidea-
mus. Aquilæ pullos, quibus acies uisus aduersus solis

ANNOT. IN EPIST. PAVLI

radios hebetatur, abiciunt, et tanquam à natura sua degenerantes, fami & morti exponunt. Non secus fatus est deus, qui cum diu nos exemplis patrum tanquam lacte forinsecus aluerit, tandem, nisi granum descamus in virum perfectum, nisi assuescamus & solido uerbi sui cibo, abiicit, ac morti nos perpetuae exponit.

Quemadmodum autem euangelicæ philosophiae splendor non antè innotescere potuit mundo, nisi prius lucerna Mosaicæ legis extingueretur: ita hodie quoq; nisi hæc plusquam hypocritica filiatio sterile scat, non poterit fidei fecunditas latius propagari.

Quum olim Sara, quia sterilis esset, ab Agar desperata haberetur, sicut diuinus spiritus in libro Gene-

Gene. 16 seos luculenter indicauit, dominus tandem ab ea uel serò, & in ipso etiamnum ultimo limine uitæ, sterilitatis opprobrium abstulit: significans filios gratia non ex huius carnis substantia, sed per re promissionem nasci debere. Sic enim ait ad Abraham: In Isaac (qui filius erat promissionis) uocabitur tibi semen.

Ioan. 1 Et Iohannes Euangelista, ijs duntaxat ius filiorum dei adscribit, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sint. Erat, quod inficias ire queat nemo, foecunda olim synagoga Iudeorum, ut cuius filij circuncisio ne, signo foederis & amicitiae dei, certiores facti, in numero

numero filiorum soli recenserentur : contrà sterilis erat Gentilitas , quia , iuxta Apostolum , ab alienati erant gentes à republica Israélis , & extranei à testamento promissionis , spem non habentes , deoq; carentes in mundo . Nunc uero quæ multos filios habuit infirmata est , & sterilis peperit multos . Etenim qui quondam erant longinqui , propinqui facti sunt per sanguinem Christi . Vnde ecclesia ex gentibus congregata , tantam filiorum numerositatem & ad fidem Christi properantium alacritatem , admiratio ne operum dei capta , admirando dicit : *Quis gen. Esa. 49* nūt mihi istos ? Ego sterilis , & non pariens , transmigrata & captiuā , & istos quis enutriuit ? Ego de relictā & sola , & illi ubinam hic ? Hæc dicit dominus deus : Ecce leuabo ad gentes manum meam , & ad populos exaltabo signum meum (Leuare manum , & exaltare signum , uocationis symbola sunt per uerbum crucis Christi) & offerent filios tuos in ulnis , & filias tuas super humeros portabunt . Et adhuc alio loco fœcunditatē ecclesiæ ostendere uolens , per Prophetam dicit dominus : Lauda sterilis quæ non paris , exulta quæ non pariebas , quoniam multi filii desertæ , magis quam eius quæ habebat virum . Hæc fœcunditas spiritualis est , id est quæ ad immortalitatem nos transmittit . Caro gignit paulò post mortuuros ,

ANNOT. IN EPIST. PAVLI

hic nascimur uitæ æternæ. Conuenienter autem illos,
quorum opera et studio primum imbibimus doctrinā
Christi, paterni nominis honore dignamur, ut qui nos
quodammodo generint, cum per eos renascentia illa
aqua & spiritus nobis innotuit. Sic ille idem Aposto-
lus noster, cum Corinthij, qui primum ab ipso uerbū
ueritatis audierant & receperant, per falsos dein-
de apostolos aliud edocti, iam periculo proximi es-
sent: ipse officij sui partes esse censuit, admonere illos
animo uere paterno, tanquam filios, ne unquam scili-
et agnitam suo labore ueritatem aut proderent, aut
Cor. 4 amitterent, dicebat: Nam etsi innumeros pædagos
habeatis in Christo, non multos tamen habetis pa-
tres. Siquidem in Christo Iesu, per Euāgelion ego uos
Gal. 4 genui. Eodem amore in Galatas affectus, loquitur: Fi-
lioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chri-
stus in uobis. Eadem cura & sollicitudine haud ita du-
dum ecclesiæ Christi generat Timotheum. Nec est
præterea quicquam quod pœnitere debeat utrumque.
Non caret gloria sua pater, ut qui talem generit fis-
lium, cui tutò committere queat dominici gregis cu-
ram. Habet & filius quod glorietur, ut cui talis conti-
gerit pater, qui non ab hominibus, sed à Iesu Christo,
ac deo patre uocatus sit, ea tantum proponere mun-
do, quæ ad sanæ doctrinæ negocium, ac diuinæ filia-
tionis propagationem propriæ conducunt. Cæterum
ne

PRIOREM AD TIMOTH. 9

ne Timotheus præter modū animo intumesceret, aut illi, cuius opera in fide Christi initiatus primum fuera^t, tantæ filiationis gloriam, tanquam auctori tribueret, & non potius gratiæ & misericordiæ dei: (quæ duo ut percepta fuerint, non potest non sequi pax & tranquillitas conscientiarum) eruditio, peneq; diuina salutationis genere, totius humanæ salutis & summæ, & caput, tribus duntaxat uerbis, plenissime comple^xus est, dicens:

Gratia, misericordia, pax, à deo patre nostro, & domino Iesu Christo, domino nostro.

Principio gratiam, siue fauorem dei, iræ & indignationi, quæ semper comitantur peccatum, opponit: sic misericordiæ dei, miserie humanæ: sic pacem, poena, quæ & ipsa, iuste quidem, peccatum comitari solet. Ut autem à peccato deterret animos nostros, ut collapse ac penè iam confractæ conscientiæ, aliquam adhuc salutis siue spem conciperent, toties gratiæ siue fauoris dei meminit, cuius utiq; beneficio factum est, ut uindicem dei manum effugerimus . Gratiam autem dei non semel, non impigre, sed frequenter iterum atque iterum instillat auribus nostris, ne scilicet unquam primæ illius transgressionis obliuio nos capiat, ex qua in nos primum ira dei deriuata est, deinde & miseria, & poena iusto dei iudicio inficta . Itaq; cum gratiam

Cap. 1^o ANNOT. IN EPIST. PAVLI

indignantis dei iræ opponit, certiores nos facere uoluit, quām nullo neq; legis Mosaicæ præsidio, neq; ullo operum nostrorum respectu seruati sumus, sed solius beneficio diuini fauoris : id quod quibusdam scribens

Ephe. 2 his quidem uerbis testatur : Gratia, inquiens, estis seruati per fidem, idq; non ex uobis. Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Et rursum alio loco di-

Rom. 3 cit: Omnes enim peccauerunt, & destituuntur gloria dei: iustificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, &c. Nulla commendantur hic opera, nulla merita humana, nullæ humanae uoluntatis uires, sed gratia, munificentia, beneficiumq; misericordiae dei. Quid dicemus ad hæc? Si salutis nostræ caput ex gratia, utiq; iam non ex operibus: alioqui gratia iam non est gratia. Neq; item ad ministro legi Mosaicæ ab ira dei seruati sumus: nam lex spiritum seruitutis ad timorem ministrat, ideoq; nihil ad perfectionem ducere potuit, nec quicquam ueræ libertatis habuit. Contrà, lex spiritus uite per Christum Iesum sola hanc manumissionē dare potest à iure peccati & mortis. Sed quid hoc est aliud, quām quoddam misericordiæ dei erga nos beneficium? Voco præterea misericordiam dei, summam illam & ab æterno existentem benevolentiam, qua deus ipse, qui summe misericors est, summæ misericordie innotescere uoluit. Nam de-

Misericordia.

Eph. 2 us qui diues est in misericordia (quasi in se se transferens misericordiam)

PRIOREM AD TIMOTH. 10

miseriam nostram) propter multam charitatem suā,
qua dilexit nos, etiam cum essemus mortui per delicta,
conuincit nos unā cum Christo, ut propheta lo-
quitur: Vulneratus est propter iniquitates nostras, ata Psal. 33
tritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis no-
stræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Proinde
nix alio loco immensa illa misericordia dei, cum suma
ma humanæ propaginis miseria tam graphice ex-
pressa est, ut apud Lucam historia hominis ab Hie Luc. 10
rusalem in Hiericho descendens, & in latrones incia-
dentes, indicauit: qui spoliatus uestibus, hoc est cana-
dore innocentiae exutus, ac vulneribus inflictis (ex
una enim peccati miseria, varijs undique infestamus
malis) semimortuus Samaritano curandus relinqui-
tur. Magna proculdubio miseria fuerit oportet, ad cui-
ius curationem neque Moses, neque Aaron, neque ulli
alij prophetæ quantumvis alioqui spiritum dei haue-
sissent, idonei reperti sunt: solus Samaritanus mis-
ericordia motus, hunc sibi relictum existimans, in-
iumentum suum imposuit, dum scilicet peccata no-
stra ipse pertulit in corpore suo, super lignum. Et ut 1. Pet. 2
quandoque pristinæ ualitudini restitueretur, intea-
rim oleum illius vulneribus ac uinum infudit, duxitq;
in diuersorium, curam eius diligenter agens. Ne-
porro quippiam illi tam misere affecto, in absentia
miseratoris sui, ad recuperandam pristinæ sanitatis

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVL

wigorem, deesset, duos denarios hospiti, donec plene
conualeceret saucius, liberaliter erogauit, admonens,
ne unquam nō curam illius ageret: nam ipse cū olim re-
dierit (rediturus est autem in nubibus celi cum uira-
tute & gloria multa) persoluturum se promisit quic-
quid præterea insumpsisset expensarum. Quanquam
autem nusquam non relucet illius misericordia, tamen
in hac una peccati miseria, imperuestigabilem miseri-
cordiae dei magnitudinem tanquam in speculo licet in-
tueri. Sunt qui infinitam potentiam dei admirantur, ut
qua creata sint hæc uniuersa ex nihilo: alij sapientiam
illius in admirationem ducunt, ut qua sic condita ab
ipso, conseruat & gubernat. Verū hæc ipsa et si ma-
gna sint, meritoq; admirationem adferant creaturis,
tamē quia ex æquo exposita sunt omnibus, neq; ipsos
dæmones latèrē possunt. At misericordiæ dei magnitu-
dinem, non dæmones ulli, sed unum mortaliū genus
recte intelligit: siquidem misericordia sua deus uoluit
nobis non solum potentiam & sapientiam suam com-
mendari, uerum etiam clementiam suam admirabilio-
rem reddere, eamq; siue clementiam, siue beneficen-
tiam, omni prorsus hominum generi ex æquo commu-
nem esse uoluit. Vos, quæso, mihi hominem date, cui
saltem pectus sapit, uel ex infelicissimis mundū hunc
inhabitantibus, qui non uel in ipsis iam prorsum de-
ploratis aliquando rebus, multipliciter erga se se con-
spexerit

PRIOREM AD TIMOTH. 11

Spexerit misericordis dei clementiam. Quis unquā fuit,
aut quis modo est, aut quisnam erit futurus, qui iure
se se extra spacioſiſimū misericordie dei campum re-
cipere queat? Audeo dicere, operum dei non esse aliud
quod tam late pomeria regni sui dilatarit, ac ipsa de-
qua in præsentia loquimur misericordia. Id ne quis me
ſine autoritate ſcripturæ dicere arbitretur, mysticū il-
lum Psalmen testem citabimus, cui alioqui haud illiben-
ter acquiescere uos didici hactenus. Verba psalmo cen-
teſimo quadragesimoquarto ſic habent: Suauiſ domi-
nus uiuēſis, & miferationes eius ſuper omnia ope-
ra eius. Mirabilis eſt rerum omnium, atq; adeò homi-
nis ipſius creatio: ſed reſtitutio hominis tanto eſt mira-
bilioř, quāto eſt homo reliquis creatureſ deo ſimilior.
Perdiderat enim homo imaginē dei, ad quam in primi-
cipio conditus fuerat, induceratq; alieni, nempe diabo-
li, non conditoris, ſed prædatoris imaginem. Condi-
diſſe hominem ut eſſet, potentiae dei opus eſt: reparare
ſe hominem ut bene eſſet, ut ad pristinam dignitatem,
tandem uel postliminio rediret, misericordiæ dei iure
optimo adſcribimus. Sed tam latum misericordiæ dei
pelagus, qui unius duntaxat horæ ſpacio percurrere
queat, an inter mortales reperiatur, non temere affir-
mauerim: certe ex his quos ego nouerim, nemo tanta
præditus eſt eloquentia, qui iuſtū pro dignitate rei en-
comion instituerit unquam. David rex & prophetæ

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

sanc*tus*, ostendere uolens, deum ipsum non uno saltem
misericordiæ beneficio adesse nobis, sed iusto, cœu quo
dam bonorum suorum thesauro, quotidie penè obrue*s*

Psal. 32 re mundum, dicebat: Misericordia domini plena est
56 terra. Et rursum: Magnificata est usque ad cœlos misé
ricordia tua. Quod considerans Apostolus noster, de*s*

um ipsum, patrem misericordiarum uocare non dubi
z. Cor. 1 tauit, ut qui, quod est commissum in Adam peccatum,
ignoscere uelit: imò non solum ignoscere peccatum,
sed & consolatorem agere, si quando in uarias cū tell

tationes tum afflictiones inciderimus. Nam quoquo
nos uerterimus, misericordiæ domini contemplantur
oculi nostri. Ob id opinor, Ethan ille Ezra habita in gra

Psal. 88 tiarū actionē prorūpens, dicebat: Misericordias domi
ni in æternū cantabo. Et quidā qui hoc dicebat, in se
prius descendisse credēdus est, ac cor suū omni uitiorū
lerna confuscatū reperisse: mox deinde patetissimos
misericordiæ dei cāpos ingressum esse: nimirū quod in
telle exerit Propheta sanctus, nullū esse opus dei, cuius
gloriā nō quodāmodo obfuscaret summa illa & toties
à nobis prædicata misericordia dei. Ideoq; fidenter di

129 xisse Davidē: Quoniā apud dominū misericordia, &
copiosa apud eū redēptio. Et ipse redimet Israël, &c.
Intellexit inquam Propheta & rex sanctus, q̄ sit peri
culo sum, si ab hoībus misericordiæ suæ manū abstra
hat deus. Nam omnia illa, uniuersæ salutis nostræ my
steria

steria, quod filius dei carnem induit, quod mortuus est
 propter peccata nostra, quod resurrexit, et ascendit
 ad caelos, quodq; sedens in dextera patris interpellat
 pro nobis, uni misericordiae dei acceptū referre decet.
 Olim misericordia dei in una duntaxat Iudea prædis-
 cabatur, nunc per Euangelion dilatatur prorsum in
 omnes fines orbis terrarum: nunc uero ex omni par-
 te impletur, quod olim patres tanto desiderio futuri
 expectabant. Nunc uere adest quod spiritus sanctus per
 os Prophetæ dixit: Misericordia et ueritas obuiantur Psal. 84
 runt sibi, iustitia et pax osculatae sunt. Nam quod deus
 olim misericorditer, multisq; modis promiserat, tandem
 misso filio exhibuit, ut sic ueritas exhibentis, cum miseri-
 cordia promittentis conueniat: ut sic iustitia et pax in
 mutuos se recipiant amplexus. Est autem hic iustitia,
 fides illa qua nos committimus uerbo tam misericordi-
 ter promittentis dei, qui ueraciter omnes in Christo
 promissiones prestatore uoluit: quam iustitiam non po-
 test non sequi pax et tranquillitas conscientiarum: id Pax.
 quod luculenter ad Romanos scribens, Apostolus no-
 ster testatus est, inquiens: Iustificati ergo ex fide, pacem Rom. 5
 habemus erga deum, per dominum nostrum Iesum
 Christum. Ea de causa Christus ab Esaias princeps pa- Esaiæ. 9
 cies uocatur, cuius pax nunquam sit inuentura finem.
 Atq; hec est pax illa et tranquillitas conscientiarum,
 cuius hic meminit Apostolus, quæ recte fideles post

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

gustatam illam gratiam & misericordiam dei comitatur, qua maxime destituuntur impij, sicut dixit dominus per quendam prophetarum suorum: Non est pax impijs. Iterumq; inquietudinem illorum ostendens, ait: Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Quod reliquum est, orabimus deum, ut penitus mentes nostras omni impietate exuat, ut contra peccati typus & rannidem uera nos animi pace & tranquillitate premuniat, & ut in amorem ipsius ardenti spiritus desiderio rapiamur, per gratiam & misericordiam Christi, AMEN.

57

DISTRIBVTIO II

CVius sit hæc, quā in præsentia enarrandā suscepimus, epistola, & cuinā scripta, audistis. Deinde ne quis posthac frustra desudaret in cognitione gratiæ & misericordiæ dei: aut aliunde cū deo in amicitiam redire posse contenderet, præterq; per unam institutionem fidei, quæ sola gratia & misericordia, quibus cuncti tandem uere adeſt, ut adſit, paratur: gratiæ dei iræ: misericordiam, cōmuni generis humani misericordiæ pacem, poenæ, quantum licuit, opposuimus: quod uera pax & tranquillitas conscientiæ nemini contingat, nisi gratia & misericordia dei: quæ, ut mihi persuadeo, adhuc tenetis. Nunc uos quæſo rursum animi aures afferte, & audite, quid primum tantus pater, à filio suo

suo depositat.

Quemadmodum, inquit, rogaui te,
ut remaneres Ephesi, cum proficerer
in Macedoniam, ita facito: ut denuncies
quibusdam, ne diuersam sequantur do-
ctrinam, nec attendant fabulis & genea-
logijs nunquam finiendis, que quæstio-
nes præbent magis quam ædificationē
dei, quæ est per fidem.

Non dormiscit bonus pastor, nedum etiam cū longe abest à grege, sed undique sedulò prospicit, ne qua pars desint ouibus pascua uitæ: ne qua pars lupus sanctum contristet ouile. Talis esse debet ingenui pa-
storis ouium Christi natura, qui semper conuersos ad Christum uegetiores in fidei ueritate reddere, rempu-
blicam ecclesiæ collapsam erigere, ac simul curam totius corporis Christi, promptissime in se trans ferre
& queat & uelit. Quanto putamus studio sanctissi-
mus Apostolus Timotheo commendarit uerbum illud
cœleste, atq; illud suo labore iactum euangelicæ philo-
sophiae semen, istas sanctissimas leges, quas illi pulcher
rimæ Ephesiorum ciuitati tradiderat, non ad euer-
tam eorum rempublicam, neq; urbem tyrannidi sub-
iiciendam, sed potius ad salutem ciuium, dignitatem
reipublicæ, uereq; libertatis defensionem? Itaq; pri-
mum id agit cum Timotheo, ut denunciet quibusdam,

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ne diuersam sequantur doctrinam, hoc est, ne posthac
pseudapostolis ius sit sua somnia instillare, uel auribus
uel mentibus fidelium: diligenterque perspiciat, ne una
quam ecclesia pugnantem ab Euangelio Christi recia
piat doctrinam: idque denunciandum existimat et pue
blice uniuersis, et priuatim singulis. Nam si tum uo
tis pseudapostolorum successus aspirasset, quanta ia
ctura animarum, aut quanto turbine ruitura fuisse cre
ditis, alioqui firmissima, et haud ita loge ante ab ipso
met Apostolo, iacta fidei fundamenta? Verum ne tan
tus labor interiret, sed semper magis magisque, qui
Ephesum incolebant, in fide Christi redderentur alas
criores, ipse in Macedoniam, Euangelij propagandi
gratia, profectus, omne illud conseruadet, in fide Chri
sti, Ephesiorum ecclesiæ negocium, in Timotheum con
ferre uoluit, ut cuius fides et prompta in membra
Christi charitas, iampridem illi innotuerint. Et erat
Timotheus cum summis animi dotibus exornatus, id
quod alio magis opportuno tempore dicetur, tum in re
bus ciuilibus, ut apparet, nobiliter institutus, quibus si
fidei gratia accesserit, magnum ac penè diuinum red
dunt hominem: cuiusque facile paratur facultas, et dis
latandi imperij Christi, et conseruandæ Christia
næ libertatis.

Vocat autem diuersam doctrinam, quicquid fidei
puritatem confuscat, quicquid candorem cha
ritatis

ritatis obfuscat. Fidei diuersum est, quicquid si-
dem proximi ledit: qualis esse queat doctrina ope-
rum, citra fidei admiculum: uel satisfactiones illæ,
que gratiam & misericordiam dei non ubique agno-
scunt: qualis esse potest illa, nostro etiam tempore,
primum & plusquam tyrannice introducta Romani
Pontificis potentia, de clauibus & iure ligandi, ab-
soluendiq;, & si quæ sunt aliæ id genus imposturæ,
quibus uarie ac propè infinitè Christianæ fidei dero-
gatum est hactenus: quæ quod longius à Christi in-
stituto absunt, hoc minus sunt consentanea sacris lis-
teris, minime uero utilia populo Christiano. In hanc
sententiam dicebat Christus: Qui scandalizauerit Matlh. 18
unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut
suspendetur mola asinaria in collum eius, ac demerga-
tur in profundum maris. Hoc genus etiam est, quod in
Actis scribitur: quia descendenterint quidam à Iudea in Acto. 13
Antiochiam, ubi tunc Paulus unà cum Barnaba, Euan-
gelij negocium curabat, docuerintq; fratres, dicentes:
Nisi circuncidamini secundum morem Mosi, non pote-
stis esse salui. Et orta est haud parua disceptatio Pau-
lo ac Barnabæ aduersus illos, adeò ut sint compula-
ti ascendere ad apostolos ac presbyteros Hierosoly-
mam, super hac questione. Tunc quidam Pharisæorū
superciliosi tumentes, contrà iustificantis fidei gratiā,

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

legem adhuc circuncisionis docebant. Cum autē acris
ter disceptarent partes, surrexit Petrus dicens : Viri
fratres, uos scitis, &c. Et iterum: Quid tentatis deum,
ut imponatur iugum super cervices discipulorū, quod
neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Sed per
gratiam domini Iesu Christi credimus nos saluos futu
ros, quemadmodum & illi. Non poterant ferre olim
primores illi ecclesiæ sanctæ præsides, si quipiam uel
leui ex parte in contumeliam euangelicæ gratiæ re
dundasset: adeo non putabant esse tutum in rebus sa
cis ludere, aut diuersa & pugnantia tradere. Quid
hodie dicturi essent sanctissimi apostoli, si tam incon
stantes sibi undiq; concertationes, non quidem de lana
caprina, quod aiunt, sed de magnis illis ac præcipuis si
dei nostræ mysterijs, de Baptismo et Eucharistia noui
testamenti signis, quibus propensum erga nos amore
suum testari uoluit deus, audirent? si illas citro ultroq;
conscriptas legerent inuectivas? quæ tam nihil prosunt
prouexisse fidem Christi, ut etiam inuisum apud alios
nos Christianū nomen fecerint. Magis nocent illi euang
elico negocio, hac sua diuersa doctrina, quam qui pa
lam nos impugnant Turcæ. Hi enim quia palam hos
stes sunt, sepe in nos progrediētes, uicti à nobis inglo
rij ad sua redierunt: illi autem quia semper in ore ha
bent Christum, quia nobiscum in euangelio laborare
videntur, facile capiunt incertos, facile imponunt im
peritis.

peritis. Turcæ arma habent ferrum & flamas, quibus in uiscera nostra crudelissime quandoq; græsan-
tur, quibus corpus hoc occidere possunt, animam occi-
dere non possunt: at illi fallacijs uerborum, persuasio-
nibus, infidijsq; instructi, quò facilius simplicium men-
tes sibi cōciliant. Fortes sunt persuasiones ille, & quas
nisi oculatissimus, & in sacris literis exercitatissumus
tutò euadere queat. His artibus columbinam simplici-
tatem simulant: & qui optimi sunt inter illos, tam sua
mordicus tuentur, tam sua hæc noua superstitione ses-
quuntur, ut impie magis in Christum præuaricari uen-
tint, quam latum culmum, quod dicitur, ab instituto re-
cedere suo. Perinde faciunt illi, atq; olim faciebant qui
diuersa tradebant Ephesijs, & quæ ex diametro pu-
gnarent cum fidei simplicitate, quam illis, dum præ-
sens esset, annunciarat Paulus. Non secus faciunt, qui
charitatem in proximo laedunt, hoc est, qui turpis luc-
cri gratia, fratrum necessitates negligunt, et ut Ioan-
nes ait: Qui habuerit substantiam mundi, & uiderit 1.Ioan.3
fratrem suum egentem, & clauerit uiscera sua ab eo,
quomodo charitas dei manet in eo? Et sunt qui turbas
excitant, ob quascunq; alioqui causas leues: uel quia
non reddit tributum, cui tributum: nec uectigal, cui 1.Roma.13
uectigal: nec timorem, cui timorem: nec honorem, cui
honorem: sane homines sua quærentes, nec satis capiu-
unt Christianæ charitatis latitudinem. Certe Christus

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

aliud exemplo & uerbo docuit. Nam cum dominus esset rerum omnium, ob idq; nulli mortali regi iure subiectionis deberet quicquam, tamen obsequiuus est nonnunquam exactoribus tributorum, in his duntas sat, quæ ueram pietatem ne quicquā lēdebant. Nam quodam tempore ne offendiculo esset ijs qui tributa

Matth. 17 exigebant, ait ad Petrum: Abi ad mare, mitte hamū, & eum pīscem qui prodierit primus, tolle: & aperio ore illius, inuenies staterem, accipe eum, & da illis pro me & te. Nec aliud docuit uerbo. Quum enim tributaria esse cōpisset Romanis Iudæi ac Iudæi ob id in diuersas scinderentur sententias: affirmantibus quibusdam pendi debere tributum Cæsari, quod illius a spicio tranquillam liceret agere uitam: alijs contradicentibus, indignumq; ducentibus, si populus deo dicatus principi idololatriæ tributarius fieret. Itaq; rogitus Christus, blande quidem, sed dolose tamen, liceret ne dare censum Cæsari, an nō mirabili qua erat præditus sapientia, respondit: Quid me tentatis Hypocrites?

Matth. 22 Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: et quæ sunt dei, deo. Paulus

I. Cor. 9 ne quid charitati diuersum admitteret etiam cum liber esset ab omnibus, omnibus seipsum seruum fecit, quo plures lucrificaret. Tanti constituit apud apostolos charitatem,

PRIOREM AD TIMOTH.

16

ritas, ut nedum in liberis alioqui rebus contrarium ille
li quippiam admittere ducerent. Contrà sanè quam
nostra tempestate faciunt quidam, qui cum aberran-
tia à fide, fieri nequit ut non diuersa, ab apostolo-
rum doctrina, tradant. Qui fidem Christi non habet,
in fide Christi alios instituet? Qui suopte studio frigida-
dus est, alios inflammabit? qui sua querit, nos mutuae
charitatis recte commoneret? facile nimurum diuersa
Christianæ philosophiæ prædicabit, cui in primis dea-
est caput salutis humanæ, fides: facile in charitatē com-
mittit, qui summam legis & prophetarum charitatē
ignorat. Tales quia spiritu Christi carent, facile ad ua-
nilo quium dilabuntur. Quinetiam quo plures sibi fa-
bulis suis concilient, quandam pietatis (ne dicam im-
pietatis) notam in oculis mundi circunferunt, cum
prorsus animo ipso pietatem & odiant & execre-
tur. Sed quo magis adhuc tam impia pietatis do-
cumentum præbeant imperitis, docti sunt prolixas
quasdam patrū enumerare genealogias, id quod com-
mune habent cum Mosaicæ legis prædictoribus:
quemadmodum etiam tum cum uiueret adhuc aposto-
lus, quidam se se plus æquo uenitabant, sicut in episto-
la ad philippenses indicauit ipse. Nam cum illi ma-
gno studio in carne sua gloriantur, quod scilicet es-
sent circumcisii, quod essent Israëlite, & semen A-
brahæ: ipse cum nulli hac in re cederet, ut poterat cu-

Philip. 3

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

iuxta legem Mosi circuncisio contigisset octauo die,
essetq; ex genere Israëlis, de tribu Beniamin: Hebræ
us ex Hebræis: iuxta legē Phariseus, iuxta studiū per
sequens ecclesiā: iuxta iustitiā quæ est in lege, factus ira
reprehensibilis: tamen hæc, quæ alioqui illi lucra esse
poterant, omnia arbitratus est propter Christum da
mna esse. Apud imperitos laude fortassis meretur tan
tus patrū catalogus, tanta ordinis dignitas, tāta carnis
nobilitas. At apud deum ut non est respectus persona
rum, ita nihil pietatis habet titulus, si hunc aut illum
habuisse nos dicamus uel patrem uel doctorē, nisi fide
& operibus bonis referamus illos, quorum nomine et
doctrina tantopere nobis blandimur. Quid prodest
habitu quandam in terris angelicam exprimere, seu si
mulare potius, uitam, si spiritu Christi destituti, ab
hæreditate filiorum dei excludamur? Non sunt filii
dei, qui alium in terris, præter unum deum, uocant pa
trem. Non hic loquimur de patribus carnis nostræ,
quorum honori præsenti loco, nihil derogatum iri uo
lumus, quorum uel apud planè impios semper fuit pri
ma dignitas. Sed ex ijs omnibus à quo petere possis sa
lutem, & in Adam deperditam semel naturam recus
perare, præterquam unum deum, inuenies nullū: imo
ab illis etiam sectarum patribus, Benedicto, Dominis
co, Francisco, alijsq; id genus ceremoniarum patria
bus, si quis salutem sperarit, non magis promouebit.
quām

quām si impij Iudei hodie se se pro ueris & germanis
Abrahæ filijs uenditaret: ob illamq; carnis duntaxat
circuncisionē, statim se coelo dignos iactitent: quando
iū ueri Iudei sunt, non qui præputium carnis resecant,
sed qui spiritu Christi, omnia uitia ex animo præci-
dunt. Hinc tam uarie in ecclesiam Christi paulatim
irreperunt quæstiones, quæ hoc sunt nocentiores, quo
minus habent suggestorem spiritū dei. Quia uero sim-
plex est Euangelio philosophia, frigidas illas & inex-
plicabiles quæstiones ut non admittit, ita non agnoscit
eos, qui ut in precio habeantur, curiose magis quām
pie illis addicti sunt. Quæstiones, dubitationem ex se
generant præsentissimā, fidei sancte pestē. Quæstio-
nes dissidere faciunt fratres, cū uel imperitia, uel teme-
ritas illis cōiuncta fuerit. Quæstiones turbas excitat̄,
intestina bella cōcitant, ciuitates euertunt, vulgū in rā-
biem armant, reges in bella prouocat̄, sacerdotes iniurias
reddūt, filios aduersus parētes exasperant, seruos
aduersus dominos in mutuas cædes inflammāt. Et quis
omnia enumerarit quæstionum incōmoda, quibus iam
penè totus cōflagravit orbis? Nihil enim interim dicā
de monachorū fabulis, quibus frustra iam mundo suas
preces, sua merita obtrudūt. Hodie inutiliter de uerbis
cœnæ dominicæ querentibus, quanta se oculis illorum
obsudit caligo? qui si compendiò ac simplicissime uer-
bis Christi ut sunt simplicissima, fidem haberent, nunq;

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

in tot diuersarum opinionum capita dissectus esset iam
mūdus. Quid dicam de Catabaptistis, qui inextrica-
biles illos quæstionum labyrinthos ingressi, et fidei no-
stræ solida fundamenta, quantum quantum possunt,
euertunt, & pignora nostra, atq; adeò filios nostros,
nisi palam in oculis ecclesiæ fidem suam testentur, ab
illa inæstimabili baptisni gratia, excludunt. Homi-
nes cum primis stupidi, & à mente spiritus sancti alic-
ni. Non hic dicam quæ præterea habeant illi in con-
uiuis absurdia, quæ agant in cubilibus obscœna. Hæc
& alia longe absurdiora gignunt nobis fabulæ illæ,
quæ quæstiones præbent magis, quam ædificationem
dei, quæ est per fidem.

Porro fideles dei, omnes illas uel inanes fabulas,
uel superciliosas quæstiones, quæ dissidia & pugnas
uerborum adferunt secum, una illa ueræ charitatis co-
gnitione, declinare queunt. Nam charitas & summa,
& caput dicta est à Christo, tum legis, cum propheta-
rum. Hanc quisquis uere tenuerit, non amat in rebus
salutis nostræ, cötentiosas quæstiones, et quæ dubitati-
onem augcant magis q̄ pietatē: sed pie credens omnia
diuinæ dispensationis mysteria, captiuam ducit omnem
cogitationem ad obediendū Christo. Sed libet ipsum
potius Apostolum sic de charitate differentē audire.

Porro finis præcepti, est charitas ex
puro corde, & conscientia bona, & fide
non

non simulata; à quibus aberrarunt quidam, deflexerunt ad vaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes quæ loquuntur, neq; de quibus assuerant.

Totius diuinæ uirtutem legis, paucis quidē uerbis comprehēdit, imò unius charitatis noīe, quicquid ubique est sanctarū scripturarū cōplexus est. Quid enim aliud docent uniuersæ scripturæ, q; fidem in deū et charitatē erga proximū? Quisquis per fidei donū intelligit īā, quia suauis & bonus est dominus deus, nihil de est posthac, nisi ut charitate respōdeat tātē beneuolētiā dei. Quæ charitas, ut alibi loquitur Apostolus noster, est plenitudo legis. Vbi aut̄ est plenitudo, ibi proculdubio deest nihil: etenim qui manet in charitate, in deo manet, quia deus charitas est: qui uero in deo est, quia in fine et plenitudine legis est, supra legē iam utique ascendit, nec iam ulla alia premitur lege, charitatem olco legis habens. Quinetiā intelligit, talem esse naturā charitatis, quæ nullis obtineri queat operibus legis, sed quæ gratis per sp̄iritum sanctū infunditur cordibus fidelium. Et sicut credentes possunt omnia, ita charitate referti sufferunt omnia. Nihil durum est amanti. Hinc illæ uoces erumpunt: *Quis nos separabit à charitate dei?* num afflictio? num angustia? num persecutio? num famæ? num nuditas?

Roma. 13
1. Ioan. 4.

Roma. 8

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

num periculum? num gladius? Et licet arduū sit, prorsumq; omnes uires superet humanas, quod de unitate dei, deq; dilectione illius in lege Moses præcepit, dicens: Audi Israël, Dominus deus tuus, deus unus est. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Tamen quis quis uere per fidē uerbi dei illuminatus est, huic perinde nihil horum impossibile uidebitur. Quia enim uere unum deum esse nouit, uere etiam illum in spiritu et ueritate adorat, & colit, reputans nihil extra hunc ipsum & unicum deum adoratione siue cultura, dignum. Nam alio modo intelligere esse nisi unum deū, cōmune est etiam impijs, ipsiq; dæmones illud ignorare non possunt, qui ad limperiū illius contremiscunt. Proinde cuius adhuc sp̄ritus uel fide uel sp̄es aliorum rapitur, huic neq; fides, neq; sp̄es est certa in solum & unicū deū, sed uaga quædam & incōstans opinio, quæ nunquā ausit se se fortiter inferorum portis opponere, tantum abest ut ex toto corde, & anima, & fortitudo diligat deum. Et quanquā negari nō queat, preceptum hoc de diligendo deum, dum adhuc peregrinamur à domino, à nobis, ut nihil desit, impleri nō posse, tamē quodā modo impleri dicimus, cū quicquid nobis deest, misericordia sua deus ignoscit. Itaq; implentur etiā precepta dei, ab his qui luteas has domos adhuc incolunt: implentur autem nō quidem uiribus aut operibus

PRIOREM AD TIMOTH.

19

operibus nostris, sed planè gratia & misericodia dei
ignoscētis. Hinc illa uox: Omnia possum in eo, qui me Philip. 4
corroborat. Et Christus, cum rogarent discipuli, quis
potest saluus fieri? respondit: Apud homines hoc im Matth. 19
possibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt.
Nam et si præcepta dei grauiora sint, quam ut nō supe
rent uires nostras, tamen quæ grauia sunt, si spiritum
charitatis hauriamus à deo, leuia nobis uidebuntur.
In quem sensum & Christū loquentem, & ad se se uo
cantem omnes illos qui importabili iugo legis preme
bantur, aut alioqui peccatorū conscientia intus distor
quebantur, accipimus: Venite, inquit, ad me omnes qui
laboratis & onerati estis, & ego refocillabo uos. Tol
lite iugum meum super uos, & discite à me, quod mitis
sim & humilis corde, & inuenietis requiem animabus
uestris. Iugum enim meū suave est, et onus meū leue. Et
Ioannes in epistola sua, charitati adscribit, si quando
prompte et alacriter præceptis dei aduigilauerimus,
dicens: Hæc est charitas dei, ut præcepta eius serues
mus. Et præcepta eius grauia non sunt, quia diffun
dente spiritu sancto in corda nostra charitatem, arden
tioribus rapimur in deum animis, qui robur, quod suf
ficiat, infirmitati carnis nostræ addens, spontaneos &
alacres reddit suæ legis obseruatorēs. Quanq, quod
ante etiam dictum est, plenam & ex omni parte con
summata m præceptorū dei impletionē, nemini adhuc

I. IO. 5

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

in terris agenti, sed futuræ duntaxat felicitati, concedimus. Quis enim temere sibi persuadeat, id sese comprehendisse quod Paulus ipse testabatur se nondum comprehendisse? Nec ideo falsa sunt que diximus, impleri scilicet à nobis præcepta dei, dum quod insufficientia nostræ deest, ipse deus misericorditer aut contegit, aut non imputat nobis, aut ignoscit. Nec latuit piissimum patrem deum, cum præcepta daret, pondus illorum humanas exceedere uires: sed nobis interim consulere uoluit, ut propriæ quisque admonetur insufficientiæ, sciremusq; ad quemnam iustitiae finem niti pro uiribus oporteret quenq;. Cæterum nemo se recte in hoc primo et maximo præcepto exercuerit, nisi se quoque in secundo, quod illi est simile, exerceat, nempe, Diliges proximum tuum perinde ac te ipsum. Euidens documentum dilectionis dei,

Iohann. 4 si diligatur proximus. Nam ut Ioannes ait: Si quis dixerit, diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrē suum quem uidit, deum quem nō uidit, quomodo potest diligere? Et hoc præceptū habemus ab eo, ut qui diligit deū, diligat & fratrē suum. Dico autem fratrem, omnem qui indigerit opera nostra, siue malus sit, siue bonus. Si malus, amandus in hoc est, ut uictus benevolentia nostra, uel serò corpori Christi mystico conglutinetur: si bonus, ametur in eo Christus, cuius spiritu cooptati su-

mus

mus in ius filiorū dei. Felix studiū charitatis, p̄ quod
 iugo Christi subduntur etiam peccatores. Felix iustus,
 quo mali etiam & inimici aluntur. Felix labor, cuius
 fructum egeni expectant. Vere euāgelici pectoris can-
 dor, qui pro fratribus nō solum usq; ad rerū externa-
 rum iacturā, sed usq; ad extremū uitæ quoq; huius di-
 scrimen haud grauatum diffunditur: & merito quidē:
 amat enim communī fratribus saluti magis quam com-
 modo proprio consulere Christiana charitas. Quod
 si secus quis fecerit, non est charitas dei in eo, tantum
 abest ut finem legis diuinæ apprehenderit. Vulgaris
 est charitas, si quando benevolentia prosequaris de te
 benemeritum: si diligas diligentem te, si beneficeris ei,
 qui posuit referre gratiam tibi. At perfecta erit charia-
 tas, si animi tui candorem iuuandi studio, deprehen-
 dant alieni, atq; adeò inimici, & hi à quibus ad te ni-
 bil redire queat gratiæ, sicut Christus præcepit, dia-
 cens: Diligite inimicos uestrós, bene precemini deuo-
 uentibus uos, benefacite ijs qui uos odio prosequuntur:
 orate pro ijs qui lēdunt & insestantur uos, ut sitis fi-
 lij patris uestri, qui est in cœlis, quia solem suum exo-
 viri sinit super malos ac bonos, & pluiam mittit su-
 per iustos & iniustos. Eth̄aec proximi perinde ac dei
 dilectio, vulgaris non est, neque naturæ est, sed per sp̄i-
 ritum sanctū gratis cōceditur. Nam diligere proximū
 ex corde puro, conscientia bona, & fide nō simulata,

Matt. 7

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

euangelicæ duntaxat uirtutis opus est. Ex quibus facie
re deprehenditur quid uoluerit Apostolus, cum dicea
ret: Finis præcepti charitas: quæ si desit, nihil confert
totius legis obseruatio, nihil recte agitur uel erga de-
um, uel erga proximū. Proinde alio loco copiose quia-
dem, sed necessariò tamen, de hac ipsa charitate, quæ
plenitudo, uel finis est præceptorū dei, disseruit, eamq;
inter potiora dona spiritus dei, excellentiorē uiam uo-
cavit, dicens: Si linguis hominū loquar, & angelorū,
charitatem autem nō habeam, factus sum æs resonans,
aut cymbalum tinniens. & cætera quæ ibi sequun-
tur. Et ne obijciat quispiam, legem quasi innumera co-
tinere præcepta, quibus officia erga fratres insinuan-
tur: ipse in epistola ad Romanos breui fasciculo totius

Roma.13 legis summā complectitur, his quidem uerbis: Nemini
quicquā de beatis, nisi hoc, ut inuicem diligatis. Nam
qui diligit alterum, legem impleuit. Siquidem illa: Nō
adulterabis, non occides, nō furaberis, non falsum te-
stimoniū dices, non concupisces, & si quod aliud præ-
ceptum, in hoc sermone summatim comprehenditur,
nempe, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Dilectio
proximo malum nō operatur. Consummatio itaq; le-
gis est dilectio. Ad Colossenses scribens, charitatē uin-
culum perfectionis uocare nō dubitauit, quod ibi nulo
lus sit defectus. Vbi charitas, perfectio legis diuinæ ad-
est. Postremo illud quoq; annotabimus de charitate, ut

Col.3 si quispiā

Si quispiam dona dei iuxta diuturnitatē temporis æstimet, nō fidem, non spem, sed charitatem esse diuturniorē: nempe charitas, ut idem testatur Apostolus, nunquam excidit, siue prophetiae abolebuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia abolebitur. Et iterū: Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed maxima in his charitas. Quod dicit charitatem esse maximam in tribus, ad durationem temporis utiq; responxit. Nāq; fides post huius tempora uitæ, necessaria nō erit, quod tunc nō amplius per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem videbimus. Sed neq; spes necessaria futuro seculo, quod iam amplius nō expectabimus promissiones dei impleri, cum ea iam, quæ promisit deus, in finu nostro teneamus, & secure possideamus. Quid igitur restat, nisi quod fideles post hanc uitam, se totos per charitatē in deum colligētes, in quo omnia uident, omnia possident, nihil posthac habentes, quose, extra deum, intendant, sed securi iam, in deo tanq; in summo & solo bono quiescunt. Et hic est ultimus animæ fidelis gradus, imò patria & tranquilla ueritatis possessio. AMEN.

DISTRIBVTIO III

Quanquā suapte sponte in Euangelicæ doctriæ capo currere sciret Apostolus Timotheū, tamen præter officium suum esse ratus, si currentem

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

recte quidem discipulū, cōmisse prouinciae nō admō-
neret saltem. Quandoquidē & qui cursu certant sā-
penumero admonentur, nō solum ut alacres currant,
sed etiam ut tutō currāt, ne alacritate nimia extra me-
tam ferantur. Nam qui timorem & prudentiā amita-
tunt, facile incidunt in pericula: & fiducia uelocitatis
non raro currentem perdidit. Id quod in sacris quoq;
literis, doctis alioqui uiris, contigisse cōperimus. Quis
enim nesciat quām foede aliquā do labantur quidā, eti-
am in planis scripturæ locis, & ubi minimū est perie-
li, qui in præruptis & lubricis locis, inoffensis gradis
untur pedibus? Adeo non tutum est fidere uiribus pro-
prijs. Aufert à nobis sua dona deus, nisi timore sancto,
& solitudine quadā pia custodiantur. Nec minus so-
mniculosos illos & frigidos, quām fidentes proprijs ui-
ribus, fastidit spiritus dei. Qui desides sunt, facile peri-
clitantur in fide, facile à charitate, scopo legis exci-
dunt, & ad uaniloquium prolabuntur. Quales etiānum
hodie paſſim uidere licet, qui in mani doctorum nomine,
pro ueris falsa, pro luce tenebras, pro Christo Belial,
pro uita mortem adferunt ecclesiæ Christi. Cæterum
quia falso doctrinæ titulo tument, nimirum uolentes
esse legis doctores, ante aquā caput & perfectionem le-
gis, Christum cum bonis suis cognouerint, iure exce-
cantur à deo, ut non intelligant, quæ loquuntur, neq;
de quibus asseuerant. Porro ne quis legem posthac te-
meret,

mere tanq; omnino inutilem damnaret, sapienter in cō sequentibus episcopū ecclesiæ Christi instituit, dicens:

Scimus aut̄ quia lex bona est, si quis ea legitime utatur: sciens illud, qd iusto lex non sit posita, sed iniustis & inobsequētibus, impijs & peccatorib; irreuerētib; & prophanis, patricidis, matricidis, homicidis, scortatoribus, masculorū concubitoribus, plagiarijs, mēdacibus, perius, & si quid aliud est, qd sanæ doctrinæ aduersatur secundū euangelion gloriae beati dei, quod concreditum est mihi.

Neq; hodie desunt, qui legē prædicāt: sed quia legē nō recte interpretātur, in morte et exitiū sui abutūtur lege, quæ alioqui bona est, ijs qui recte illius sensum calent. Vnde qui recte sensum legis tenet, sciūt legē esse spiritualē, atq; adeò spirituales etiā requiri affectus, ea ut legitime impleatur. Nam affectu carnis ut maxime impletur in oculis mudi, certe in oculis dei, nisi affectu spiritus, nō impletur: quod ut alibi testatur Apostolus, affectus carnis, mors sit: affectus uero spiritus uita Rom. 8 & pax: imò affectus carnis, inimicitia est aduersus deum, nec legi dei subditur, siquidem ne potest quidem. Neque hi qui in carne sunt, deo placere possunt. Fieri non potest, ut qui carnali affectu ducuntur, morbum animi sui uideant: tantum abest ut officium legis recte

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

intelligant, ut non tam cœlū à terra distet, quām illi ē
uerā et genuina cognitione legis absunt. Proinde opus
legis est, terrere primū conscientias, imò omne illud to
tius rationis iudiciū damnare, atq; prorsus omnes mor
tificare uires carnis nostræ: ueruntamen sic conterri
tas conscientias, & in desperationem & mortem adas
tas, restituere lex nō potest: unde præterquam quod
ostendit peccatū, præterquā quod terrentur consciens
tiæ reuelatione legis, etiam aliud est opus illius, nem
a

Gala. 3 pe, ut ad Galatas loquitur Apostolus: Lex pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur:
quæ fides antequā ueniret, sub lege custodiebamur, cō
clusi in eam fidem, quæ erat reuelanda. At postquā ue
nit fides, non amplius sub pædagogo sumus. Quod
quid est aliud, quām per fidem Christi cōterritas ante
officio legis conscientias, ac penè iam confactas atq;
extinctas humanæ naturæ uires, erigere, consolari,
atq; in pristinæ & per peccatū exutæ innocentia can
dorem restitui? Porrò terroris, & confusionis consci
entiarum quæ sunt potissimum uerbo legis, ipse nos tū
pus iamiam ferendæ legis admonet. Cum enim datus

Exodi. 12 rus esset legem deus, terretur populus uehementer,
& ut scriptura loquitur, cœperunt audiri tonitrua,
ac micare fulgura, & nubes densissima operire mons
tem: clangorq; buccinæ uehementius perstrepebat,
& timuit populus qui erat in castris. Item, totus mons
Sinae

Sinai sumabat, eo quod descendisset dominus super eum in igne, et ascenderet fumus ex eo quasi de forna ce. Statimq; capite se quieti, uolens spiritu sanctus ostendere, quam uarijs cum desperationis, tum peccati spe cbris concutiantur humanae conscientiae, si quando uere uim legis sentiant, de populo legis sic loquitur: Cum Exod. 20 etus autem populus uidebat uoces et lampades, et sonitum buccinae, montemq; sumantem, et perterriti a pauore concussi steterunt procul, dicentes Mosi: Lo quere tu nobis, et audiemus: non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Hic Moses nisi mature et uocem et officium commutasset, haud dubie perirent, quibus tam ægre fuit audisse et uidisse tot irascentis dei signa. Itaq; iam non legislatore, sed Euangeliſta agens, dicebat: Nolite timere: ut enim probaret uos, uenit deus, et ut terror illius esset in uobis, et non peccaretis. Quæ uox nisi confuse iam, ad faciem iudicis dei, conscientie insonuerit, haud fieri potest, ut unq; aduersus inferorum portas feliciter sumatur bellum. Et est præterea iustificatis peccatoribus cum primis necessaria cognitio peccatorum, qua qui carent, quia nondum confunduntur, non terretur a facie peccatorum suorum, iustificantे gratia non requirunt. David ad increpantis prophetæ uerbum confusus, gratiae beneficium implorat, dicens: Peccauido 2. Reg. 12 mino. Dixitq; illi propheta Nathan: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris. Quo uerbo

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

mox ut creditit David , omnem illam cordis sui mali-
tiam siue concupiscentiam euertit, humiliter commi-
tens peccati sui miseriā, diuinæ misericordie. Nam ue-
rum domini quia omnipotens est, si per fidem capia-
tur, omnes humani cordis tentationes uincit , omnia
mala mortificat, nec quicquā est quod uirtute sua non
expugnet. Videbatur sibi David ante reuelationē pec-
cati; atq; adeo priusq; iudiciū domini ipsi innotuisset,
per pulchre quidē ualere: at cognita peccati tyrannis
de, reuelatoq; iudicio domini, hic labor, hic metus &
dolor coangustabant undiq; cōscientiam: & nisi mox
illi per Euangelij prædicationem Propheta tanquam
auxiliares copias misisset, nimirū haud unquā consti-
tisset Dauidi securitas aut tranquillitas mentis.

Itaq; non legitime utitur lege , quisquis nō fide mi-
sericordi.e dei, sed legis adminiculo iustificari contem-
dit peccatores . Nam lex quid est aliud , sine gratia,
quām litera occidens? quām administratio mortis, &
condemnationis? Paulus de se, suiq; similibus loquens.
z. Cor. 3 Si ad aliquid idonei sumus, inquit, id ex deo est, qui &
idoneos fecit nos ministros noui testamenti: non literæ,
sed spiritus. Nam litera occidit, spiritus autem uiuifi-
cat. Vnde colligimus, et si quispiam legem doceat, spiri-
tum legis non doceat, abuti illum lege, quod scopum le-
gis ignorat. Lex per se inefficax est , dare peccatoria-
bus salutem ; inò ipsa est occasio peccati, dum carni
uoluntate

uoluntatē dei detegit, cui nō potest nō reluctari natura nostra. Est aut̄ lex, occasio peccati, nō quod mala sit, nō quod in culpa sit, sed quia peccatū nō cognoscitur nisi per legē. Sic alibi loquitur Apostolus noster: Nā & concupiscentiā, inquiens, non nouissem, nisi lex dixisset: Non concupisces. Sed occasione accepta, peccatum per praeceptum genuit in me omnem concupiscentiam. Et iterum: Peccatum occasione accepta per praeceptum, decepit me, & per illud occidit. Itaque lex ipsa quidem sancta, & praeceptum sanctum, & iustum, & bonum. Ergo quod bonum erat, mihi factum est mors? Absit. Imò peccatum. Ad hanc sententiam multa differit Apostolus in epistola ad Romanos, capite septimo. Nos breuiter hic dicimus abuti eos lege, qui per opera legis auocant à Christo simplicioris turbae mentes. Quod dico, apostolico calculo confirmaue rim. Ad Galatas dicit: Si data esset lex, quæ posset uisificare, uere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Et alio loco: Iustitia dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes eos, & qui credūt. Non ait, qui operibus legis iustitiā querūt. Nam et de Abraham sic loquitur: Si Abrahā ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, at non apud deū. Quid enim scriptura dicit? Credidit aut̄ Abrahā

Gal. 3

Rom. 3

4

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

deo, & imputatū est ei ad iustitiam. Ei uero qui opera-
tur, merces nō imputatur secundū gratiam, sed secun-
dum debitū. Porrò ei qui nō operatur, sed credit in eū
qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam.
Nunc quo tempore fidei iustitia caremus, execratio-
Deut. 27 ni obnoxij sumus, sicut scriptū est: Execrabilis omnis
Gal. 3 qui nō manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro
legis, ut faciat. Quod autem in lege nullus iustificetur
apud deum, palam est. Siquidem & Propheta testa-
Abacuc. 2 tur, Iustus ex fide uiuet. Lex autem nō est ex fide, sed
qui fecerit ea homo, uiuet in ipsis. Christus nos redemit
ab execratione legis, dum pro nobis factus est execra-
tio. Quid igitur opera fructus sunt iustificantis homi-
nem fidei. Quare igitur tot opera in lege precipi-
untur: ut exerceat se in his populo, imbecillitatis sue
admoneretur, disceretq; promissam illam in Christo
implendæ legis fidem desiderare: ac nō tam ipsi, quam
nos sciremus, solius esse muneris miserentis & igno-
scientis dei, si quo modo ab execratione legis libera-
mur. Hac uia legis, cuius impletio quam longissime
humanas uires excedit, omnes sub peccatum conclusit
deus, ut omnium misereatur: hoc est, ut ipsi soli acce-
ptum feratur, quicquid est ubiq; salutis, sciremusq; ex
tam uarijs lapsibus, transgressionibus, ex peccatis
multiplicem illam misericordiæ dei suspicere. Non di-
co peccandū esse, aut in peccato manendum, ut miseri-
cordiam

cordiam dei s̄epius experiamur, aut ut gratia abun-
 det. Absit hoc à nobis: qui enim mortui sumus pec- Rom. 6
 cato, quomodo posthac uiuemus in eodem? An rura-
 sum nos accommodabimus seruos peccati ad mor-
 tem? Qui sub lege sunt, ut execrationi obnoxij
 sunt, ita peccatores sint oportet. Nos autem quia
 sub gratia sumus, & per Christum liberati à pes-
 cato, non tantum serui facti sumus iustitiae, sed &
 legem iam nulla amplius ex parte cognoscimus, tan-
 tum abest ut iram quam lex operatur, timeamus. Vn-
 de qui operibus iustificari querunt, ij cum uiro stulto
 super arenam ædificant. Ut enim circuncisio, sabbat- Matt. 7
 tum, sacrificia in carnibus pecudū, neomenie, lotio-
 nes, & aliae id genus leges, nō iustificabant populum
 tempore legis: ita gratiae quoque tempore, nulla nos
 opera iustificant, neq; eleemosyna, neq; oratio, neq; ie-
 minium, sed ea tantum fructus sunt iustitiae, que est per
 fidem Iesu Christi. Hæc quicunq; norunt, & sentiunt,
 non beneficio legis operum, sed gratiae dono iusti iam
 sunt, ideoq; posita lex illis non est. Quid enim illis lex
 præscriberet, qui quemadmodū spiritu dei iam agun-
 tur, ita in omni scientia spiritus dei longe rectius insti-
 tuuntur, quam illæ unquā præscribere queant leges?
 Nulla igitur nunc est cōdemnatio (quæ nisi legis pos- Rom. 8
 pulum manet) ijs qui insiti sunt Christo Iesu, qui non
 iuxta carnem uersatur, sed iuxta spiritum: sicut de se

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Gal. 3 se dixit idem Apostolus noster: Lex spiritus uitæ per Christum Iesum, liberum me reddidit à iure peccati et mortis. Et nos ergo ubi spiritu dei ducimur, non sumus.

2. Cor. 3 sub lege: ubi autem spiritus dei, ibi & libertas. Et hinc les redditur beneficio spiritus dei, ut si nulla esset lex, cuius metu à uitijs abstinendum, tamen suapte sponte, & ut quidam dixit, uirtutis amore, nihil contrariū honestati admissuri sint unquam. Ceterum lex puniendo peccata, ijs duntaxat instituta est, qui frigidi charitate, aut uitam, aut res proximi temere & per vim iniuriant, aut alioqui pro libidine sua tranquillum recipublicæ statum conturbant. Nam quemadmodū, si quando putruerit membrum, à corpore absinditur, ita in republica si qui ordinationi dei resistunt, à reliquo corpore, iure gladij meritò absinduntur. Qui enim talia agunt, quæ sanæ doctrinæ & Euangelio gloriæ beati dei aduersantur, iure legis austerritate coercentur: carebuntq; magistratus criminè, si qui lege non ad odium, non ad uoluptatem, non ad reliquos priuatos animi affectus abutuntur, sed communi duntaxat recipublicæ tranquillitati, immo gloriæ dei studentes, poenas infligant delinquentibus. Proinde idem & unus est, legis, & nunc euangelij tempore, spiritus, puniendo, perdendiq; malos: alioqui cur Apostolus potestatem supereminentiorem, dei ministrum uocauit, ultorem ad iram ei qui quod malum est fecerit? Vnde si magistratus

Rom. 53

gistratus, ea parte qua minister dei est, à delinquenti-
bus iustum exegerit pœnam, non utiq; nomine suo, sed
eius cuius est minister exigit. Hinc iniuste uel deo, uel
legi, cuius exequitor est magistratus, perditionem su-
am imputauerint iniusti illi & inobsequentes, impis
& peccatores, irreuerentes & prophani, patricidae,
matricidae, homicidae, scortatores, masculorum concu-
bitores, plagiarij, mendaces & periuri, qui sibi ipsis
autores sunt perditionis, postquam in profundum pecca-
torum uenientes, contra mēntem legis dei in proximi-
tate, & omnes sanas admonitiones spernere coepa-
runt. Nunc quemadmodum Euangelion glorie beatissimae
dei, quod concretū erat apostolo Paulo, nullam id
genus peccatorū speciem in suis agnoscit: ita nihil du-
bitant, quin ab eo qui iniuste egit, equidē iuste sumen-
da est pœna. Idq; etiam ex naturæ legibus colligunt,
quas semper præmium scilicet & pœna comitantur.
Nam leges quia iusta uolunt, iniusta prohibent: iustos
præmijs et honore prosequuntur, iniustos autem pro-
bro & pœnis afficiunt. Sed iam quid præterea dicas?
Apostolus noster, audiamus.

Et gratiā habeo, me qui potenter redi-
didit Christo Iesu domino nostro, quia
fidelem me iudicauit ponendo in mini-
sterium, qui prius eram blasphemus,
& persecutor, & uiolentus: sed &

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

misericordiam adeptus sum, quod igno
ranti fecerim per incredulitatem.

Primū hic gratiam habet deo, qui robur ipsi (alio-
qui tanto muneri haudquam idoneo) in negocio
euangelico sufficerit, quod constanter coram mundo
gloriam Christi Iesu, contra omnes insultus satanæ
asseruerit hactenus: quod toties commissus cum hoste,
nunquā cesserit, nunquā non uictoriā sperauerit, &
uicerit, ad nullum unquā canentis tubæ classicum, ha-
stam aut clypeum abiecerit. Deinde quod deus ipsum
tanta fide iudicauerit dignū, ut omnium augustissimā
illam euangelicæ dispensationis prouinciā ipsi com-
mittere uoluerit, cui utique, si prioris uitæ ingenium
spectes, omnia diuersa, ab hac erumpentis Euangeliū
gloria cōtingebant. Nam prius, inquit, quia blasphem-
us eram in nomen Christi, qui gloriam illius amas-
sem? Quinetiam persequutus sum cum uiros, tum mu-
licres, qui Christū sequebantur: sed neq; illud uerbis
& conuicijs duntaxat à me factum est, sed insuper &
à violentia non temperabam mihi, usq; ad uerbera,
usq; ad carceres, usq; ad sanguinē, cædes & mortem,
persequutus sum hoc uitæ institutū, quod nunc pericu-
lo proprij capit is tueor, neq; unquam tueri desinam,
dum me uita manet, dum spiritus hos reget artus. Nunc
cum talis fuerim, neque tamen ob id aspernatus est me
deus, sed misertus mei, partim quod segregauerit me
ab utero

ab utero matris meæ in Euangeliū filij sui dilecti: par
tim quod ignoranter, & sancta quadam æmulatione
legis paternæ, cuius gloriæ tanti faciebam, ut reputa-
rem obsequium me præstare deo, si quam possem for-
tissime oppugnarem, quicquid in obfuscationem illius
cedere uidissem. Non eram tanta cæcitate obrutus, ut
me uel scienter, uel malitiose euangelicæ luci oppo-
suisset. Amor legis Mosaicæ, quam tum solam sanctâ
esse, solam perfectionem continere iudicabam, ut pera-
tinacius Christi doctrinæ repugnarem impulit. Fecit
hæc Paulus cum nondū illi arcanum illud diuinæ dis-
pensationis mysteriū innotuisset: cum nondum uoca-
tus esset in nouæ legis lucem. Porrò nostro hoc seculo
quam excusationem habebunt aduersarij Christi, qui
Christum profesi, Christi præcones extinguunt, deo
placentes præscribunt? Deniq; hoc agentes uolunt ne
fidei, ne religionis, ne pietatis, ne aliarum quæ docuit
Christus meminisse liceat. Quid tandem expectandū
nobis, nisi ius & fas omne ab his deleri, quibus uel in
primis curæ esse debent res quæcunq; mortaliū? Vti-
nam uel serò intelligent, quæ trahuntur hic paßim cō-
tra hanc indignatatem suffiria: qui gemitus, qui sin-
gultus audiantur. Vtinā admonitionem nostrā admit-
tant, priusquā hic penitus uertatur rerum orbis: utinā
semel animū adjiciant, ut uere consultum uelint, & fis-
bi, & patriæ. Sed quorsum rapior imprudens? Vos

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

quæso promptitudinem meam boni consulite. Fateor,
pronus fui, sed opportune pronus fui. Nam in tanto re
rum omniū turbine, si quod asperius excidit uerbum,
non audaciæ nostræ, sed atrocitati rei attribuendum.
Oportuit enim & necessariò hæc contra hostes uerita
tis, contra Christianæ libertatis oppressores, cōtra di
uini uerbi contemptores diximus, qui obstinata cæcia
tate & malitia, mendaciuū defendunt, aduersus orienta
tem Euangeliū ueritatem. Fecerat olim illud & Paulus,
cum legis adhuc Mosaicæ studio infensius perse
queretur Christum. Sed quia gratiam dei nondum ex
lege intellexerat, nec quicquam obstinata malitia com
misit, respexit eum misericordia sue oculis, deus: fa
ctumq; est deinceps, ut pro studio legis, studium &
amor euangelicæ gratiæ succederet, eoq; nunc arden
tius Christi laudes prædicaret, quo uehementius antè
illius odio tenebatur: & quos antè conuicijs & maledi
ctis persequebatur, nunc affectu ueræ charitatis com
pletebatur: & quos uiolentia sua in carceres coniece
rat, nunc ne poenis ullis cederent, admoneret. Et hæc
est illa nimirum exuberantissima gratia, cuius hic me
minit, dicens:

Exuberauit autem supra modum gra
tia domini nostri cum fide & dilectione,
quæ est per Christum Iesum.

Vide

Vide Apostoli humilitatē, quām se ubiq; deijsit,
 quām omnia gratiæ tribuit. Tantum enim absuit ut le-
 gis beneficio gratiā sit consequutus, ut semper magis
 magisq; peccatum peccato cumularit. Nunc sine illo
 legis adminiculo ex blasphemō, persequitore, iuso-
 lento, factus est talis, gratia & benignitate dei, qua-
 lem nos hodie prædicamus. Quin non tam exubera-
 uit peccatum Pauli, quām exuberavit gratia dei in il-
 lo, cum fide & dilectione: hoc est, gratiæ beneficio,
 omnem illam iustitiam legis mancam esse intellexit, et
 imperfectam, quod nulla opera legis quantumvis spe-
 ciosa iustificare queant hominem in oculis dei, sed fide
 duntaxat Christi perfectam consequi posse salutem,
 absque operibus legis: id quod alio loco scripsit: Arbis Rom. 3
 tramur, inquiens, fide iustificari hominem, absq; ope-
 ribus legis. Ipse quoq; reperiri cupit in Christo, non Phil. 3
 habens suam iustitiam ex lege (iuxta quam utiq; irre-
 prehensibilis uixerat) sed eam quæ per fidem est Chri-
 sti. Et ad Galatas loquitur: Si, inquit, per legem est Gal. 2 & 5
 iustitia, igitur Christus frustra mortuus est. Et iterum:
 Quicunque, ait, per legem iustificamini, à gratia
 excidistis.

Sic illi proculdubio contigerat olim etiam dilec-
 tio, sed vulgaris, sed imperfecta. Suos enim duntaxat
 Hebreos, carne circuncisos, & qui Mosaicæ legis stu-
 dio tenerentur, amore complectebatur: at eos qui

Cap. I ANNOST. IN EPIST. PAVLI

secus erant affecti, tanquam inimicos odio persequebat-
tur, tantum abest ut iuxta quod Christus exposuit le-
gem, inimicos diligeret. Nunc uero gratia dei factum
est, ut indiscriminatim et Iudeos, et gentes amore
Cor. 9 prosequeretur, quo plures Christo lucrificaret: imo
omnibus factus est omnia, ut omnino aliquos seruaret.
Et haec tam magna non lex Mosi, non ullae carnis uires
suppeditarunt ipsis, sed gratia domini nostri cum fide
et dilectione, quae est per Christum Iesum. Proinde ne
quem posthac peccatorum magnitudo absterreret, quo
minus se cum deo in gratiam posse redire existima-
ret, certissimis ac ualidissimis simul argumentis, dei er-
ga peccatores benignitatem aperuit, dicens:

Certus sermo, & dignus, quem mo-
dis omnibus amplectamur, quod Chri-
stus Iesus uenit in mundum, ut peccatores
saluos faceret, quorum primus sum ego.

Primam recuperatae salutis uiam fuisse dicit, quod
Christus Iesus uenerit in mundum, ut peccatores saluos
faceret. Vnde ne quem posthac admiratio habeat, quod
Paulo peccatori tam augusti muneris functionem con-
cesserit deus: docemur hic, quo magis sunt ingentia
qua illi concredita sunt, eo magis infinitam miserationis
dei atque haec largientis sufficere debemus benignitate,
qui non uni Paulo, sed prosum uniuersis peccatoribus
in salua

in salutē aduenerit. Quae ut certa sunt & indubitata, ita ab omnibus credi & excipi decet. Nam quemadmodum scriptū est: Non misit deus filiū suum in mundū, ut condemnaret mundum, sed ut seruetur mundus per eum: qui credit in eum, non condemnatur: qui uero non credit, iam condemnatus est, quia non credit in nomen unigeniti filij dei.

Porrò Paulus ipse inter præcipuos se peccatores connumerat, ut exemplo sui, etiam reliquos utcunque uarijs sceleribus conspurcatos ad pœnitentiā & fidem Christi pelliceret, qui de seipso dixit: Non opus habet Mātt. 9 iij qui ualidi sunt medico, sed qui male habent. Et rur sus: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitiam. Item: Venit filius hōis querere et saluū s̄as Luce. 19 cere quod perierat. Sic etiam murmurantibus contra se Pharisæis, quod peccatores reciperet, & cibum caperet cum illis, respondit: Quis ex uobis est homo, qui habet centum oues, &c. Tandem concludens: Dico uobis, inquit, quod ita gaudiū erit in cœlo super uno peccatore resipiscente, magis quam super nonagintanum iustum iustis, qui non indigent pœnitentia. Latenter indicans, Pharisæos iniustos esse coram deo, et si alioqui iustitia legis & operum supra modū coram mundo sum perbi uideantur. Solos autem peccatores, & eos qui esuriunt & sitiunt iustitiam, à Christo animarū nostrarū pastore, ad pristinā reduci innocentiam. Ingens

Cap. I^r ANNOT. IN EPIST. PAVLI

misericordia dei condonare nobis peccata : sed non minor gratia, si condonatis peccatis, posthac ipsius praefidio iuste uixerimus . Hoc enim & iustū est , & fidei nostrae natura exigit . Nam pessimi sunt oportet, qui immemores uinculorū , immemores & liberationis, ad pristinę uitę sordes redeunt . Sat fuerat olim sic deditos fuisse peccatis, antequā in morte Christi baptizati essemus . Sed posteaq̄ mortui peccatis, renati autē gratiae , conueniens est ea omnia, quae prius ad euangelij prescripta remorabantur nos, abiicere . Quocirca ne putares ideo misericordiam adeptum esse Paulum, ut quod reliquū erat huius uitę turpiter in peccatis exigeret, & nō potius ut clementia dei in illo, credituris in Christū, futuro tempori patesceret, ut post condonatum prioris uitę peccatum , nihil posthac indignū fide Christiana, in oculis dei admitterent, quo se alie nos facerent à uita æterna, sic dicit:

Verum ideo misericordiam sum adeptus , ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ad exprimendum exemplar ijs, qui credituri essent in ipso, in uitam æternam.

Adhuc persistit in argumēto magnitudinis peccatorū suorū . Iam nullus in ecclesia Christi desperationi locus relinquitur . Misericordia domini plena est terra,
Psal. 32 ait Prosa

PRIOREM AD TIMOTH. 30

dit propheta. Nemo præsumat, nemo deprecetur hæc
dei nostri misericordiā. Nam quod uocamur ad uitam
æternam, misericordia dei præuenit nos: quod in tam
duris uitæ huius casibus perduramus, misericordia dei
subsequitur nos. Nemo desperet, cum hic audiat Paulus
qui blasphemia, persequitione, & violentia in
Christū & Christianos quāmultos, nō dico æquaue-
rit, sed etiam superauerit, misericordiā esse adeptū. In
summa, hic ad spem ueniæ prouocatur peccatores, ad
monenturq; ut fiduciā omnē constituant in bonitate
Christi, qui factus est nobis sapientia à deo, iustitiaq;, 1. Cor. 1.
& sanctificatio, & redemptio. Quia aut magna de
Christo dixerat, ne quis hunc tanq abiectū aliquē ho-
minem, ut quē Iudæi in crucē adegerint, cōtemneret,
ac fortassis propterea regem illū seculorū, immorta-
lem, inuisibilē, solum & unicū deum patrē excludere
quibusdā uideretur, ita deo patri honorē & gloriā tri-
buit, ut tamen Christū filiū, à gloria patris nō exclus-
dat. Sic enim Christus dixit: Ego & pater unū sumus. Ioan. 10.
Et iterū: Qui non honorat filiū, non honorat patrem 5
qui misit illum. Nos patrem à filio, aut filium à patre,
nō separamus: nec spiritum sanctū à patre & filio se-
cernimus: sed quemadmodū unam deitatis naturā, ita
unam in uocandis peccatoribus, patris & filij & spis-
ritus sancti misericordiae uoluntatē esse credimus, dici-
musq; fidenter nō tam ore quam corde cum Apostolo:

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Regi autem seculorum immortali,
inuisibili, soli sapienti deo honor, gloria,
in secula seculorum. Amen.

DISTRIBVTIO IIII

Rom. 5 Actenus certissimis documentis usus est Apostolus, ostendens misericordia dei caput esse salutis humanæ. Nam deus, penes quem puniendi nos iusserat, non solum non puniuit, sed ultero etiam passus est uerbum suum carnem fieri, ut nos illius morte, uite æternæ afferceret. Quid hac charitate, siue misericordia dei, maius cogitare potest humanū pectus? Quis posthac diffideret tam uehementer amanti nos deo? Quis male speraret posthac? An non maxime cōmentauit suam charitatem erga nos deus, cum adhuc esset mus peccatores, ipse filium pro nobis in mortem dedit? Nōnne multo magis iustificati nunc sanguine eius, seruabimur per eum ab ira? Nam si cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortē filij eius, nōnne multo magis reconciliati seruabimur per uitam ipsius? Certe Apostolus, ne quid horum surda aure pertransiret Timotheus, ne quid diuersum sane doctrinæ in ecclesiam Christi latenter irrumperet, autoritate, quæ pater in filium uti solet, admonet, imò præcepto etiā obstringit illum, ne unquā non prophetijs, quæ de ipso præcesserant, respondeat; ne unquā militiae suæ tam sanguinari,

Iutari, per socordiam desit. Nam hæc dum neglexis-
sent quidam, miserandū circa fidem Christi naufragiū
passos esse. Certe si reliqua omnia in unum coēcant pec-
cata, nihil erit hoc scelere grauius, nec aliquod magis
extimescendū Christiano episcopo, quam fidei robur
aut per inertiam, aut per arrogantiā amittere. Fœdis-
simum fuerit militi, ab eo duce, in cuius sese iandudum
militiam fide adstrinxerat, in aduersariorū castra de-
ficere. Porrò ne quod maximarū uirtutum opus detre-
ctaret Timotheus, ne quam sanctissimæ huius militiæ
gloriam non strenue assequeretur, omni, quo maxime
potuit studio, & fidei sanctæ constantiam, & morum
integritatem illi, his quidem uerbis commendauit:

Hoc præceptum cōmendo tibi fili Ti-
mothee, iuxta prophetias, quæ de te pre-
cesserūt, ut milites in eis bonam militiā,
habens fidem & bonam conscientiam,
qua repulsa nonnulli circa fidem naufra-
gium fecerunt, quorum de numero est
Hymenæus & Alexander, quos tradidi
satanæ, ut discant non maledicere.

Tres hodie insignes tractandi se nobis loci offerūt:
& qui merito cum dignitate & magnitudine sua, tum
incuria nostra & culpa, animis nostris dolorem incus-
tant: partim quod nulla hodie cernantur pristinæ pie-

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

tatis uestigia, ad quorum exemplar restitui posset illa
iam penè collapsa ecclesiasticæ reipublicæ facies: par-
tim quod sè penumero, non quæ optima, sed quæ pessi-
ma dantur consilia prospere euenant, ut iam necessi-
sit uera dicentem, odium sibi contrahere, non imperia-
ti solum vulgi, uerum etiam illorum, de quibus scriptū
Sap. 2 est, quod dicant, quædā obvīa uultus dē tōp dīnacōv,
ōtī dūxens & nūp ēst, nōc quārtiūtūtūtū
ēp̄jōis nūp̄. Nos nihil secius tamen memores glo-
riæ Christi, memores officij nostri, primum de pro-
phetia, & illius significatione dicemus: Deinde de mi-
litia Episcoporum: Tertio de medendorum peccato-
rum modo, & quatenus uel recipiendi, uel amputandi
sint peccatores. Non hic autem omnia corradere est
animus, quæ in hanc rem dici possent: sed ea duntaxat
proferam, quæ intellectū nostrum utcunq; iuuare uide-
buntur. Itaq; de prophetiæ dono quædam altius repe-
tenda censeo, cuius non unum munus est, sed uarium.
Quibusdā enim rerum duntaxat imagines quædā de-
monstrantur: cæterum quia fide carent, intellectū &
scientia earum destituuntur: cuius rei eidens nobis do-
Gene. 41 cumentū præbuit Pharao, qui cum per somnium uia-
disset septem boues pulchras & crassas nimis, con-
trà septem alias fœdas, confectas q; macie: rursumq;
septem spicas pullulantes in culmo uno, plenas atq; for-
mosas, alias quoq; totidem spicas tenues, ac percussas
uredine,

uredine, deuorantes omnem priorum pulchritudinem;
non intellexit, quod uidere poterat. Vnde Ioseph è
carcere adductus rerum significantiam illi aperuit,
dicens; Somnium regis unum est. Quæ seclurus est de-
us ostendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & se-
ptem spicæ plenæ, septem ubertatis anni sunt: septem
quoq; boues tenues atq; macilenta, et septem spicæ te-
nues, et uento urente percussæ, septem anni uenturæ
sunt famis. Quod aut uidisti secundo ad eandem rem
pertinens somniū, firmitatis indicium est, eo quod fiat
sermo dicitur, & uelocius impleatur. Eandem rationem
habet, cum Nabuchodonosor uidisset somnium, cuius Dan. 2
postea mysterium Danieli per uisionem nocte reuelas-
tum est. Porro illud non unis impijs uidemus accidisse
ut futura uiderint, nō autem intellexerint: sed quibusdam
optimis, deoq; charissimis, eadem contigisse legis-
mus. Nam Iosepho, quod dominus fratum suorum fu Gene. 37
turus esset, deus per uisionem nocte ostendit. In nouo
quoque testamento, cum irruisset super Petrum mens Acto. 10
tis excessus, uideratq; cœlum apertum, ac descens-
dens ad se uas quoddam, uelut linteum magnum, qua-
tuor initij alligatum, summitti è cœlo in terram, in
quo erant omnia quadrupedia terre, bestiæq; & rea-
ptilia, & uolatilia cœli, non utique statim quid illa si-
gnificaret demonstratio, intellexit, donec per spiritu
sanctum de uisione certior fieret.

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Quinetiam planè nescientes quidam afficiuntur spiritu prophetæ, dum quod loquuntur, nō intelligunt ipsi, nimirum aliò respicientes, nō attendentes, quod nō à seipsis loquuntur. Quid impudentius Caipha: et tamen ille uniuerso sunul congregato pontificum & phariseorū concilio, impellente se spiritu prophetæ, **Ioan. II** in hæc uerba prorupit: Vos, inquiens, nescitis quicq; nec perpenditis quod expedit uobis, ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat. Hoc autē à semetipso non dixit, ut testatur Euangelista, sed cum esset pontifex anni illius, uaticinatus est, quod Hieſus moriturus esset pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. An non prophetæ spiritu pollebat Balaam reprobis ille, qui mercede conductus ab hoste, quo magis diris maledictionibus intenderet, hoc magis benedictionibus populum dei cumulabat?

Olim & Saul, quem postea abiecit deus, inter prophetas, ut illi Samuel prædixerat, connumeratus est. **1. Re. 10** Quod factū in prouerbiū abiit: Nunquid & Saul inter prophetas? Verum non illi perpetuò mansit prophetæ spiritus. Nam, ut postea scribitur: Spiritus autem domini receſſit à Saul, & exagitabat eum spiritus malus à domino. Iudicia domini sunt hæc, qui etiam impensis uitetur ad sui nominis gloriā. Utitur enim malus ad iudiciam peccatorū, uel ad probationē electorum.

PRIOREM AD TIMOTH.

33

rum. Et quamvis qui malus est, uoluntate mala, qua
prædictus est, bonis nocere uelit, tamen nocendi potes-
tatem non habet, nisi ab illo, qui omnia certis præscia-
entiae suæ gradibus complectitur, cōcedatur. Sic Chri-
stus Pilato dixit: Non haberes in me potestatē ullam, Ioan.19
nisi datum tibi esset desuper.

Est adbuc aliud prophetiæ genus, ubi non solum
imagines rerum demonstrantur prophetis, sed & in-
telligentia rerum indubitata mente concipitur: quales
sunt illæ, Esaiæ, Hieremiac, Danielis, & aliae id genus
uerorum prophetarū uisiones. Illi enim propheticum
accipientes donū, non solum prædixerunt in carnem
uerbi dei aduentum, sed & oculis mentis suæ confre-
xerunt: & ut maturaret aduentum suum deus, etiam
tum crebris suspirijs desiderarunt. Quia autē omnia
iam in Christo cōpleta esse cernimus, quæ de illo præ-
dixerunt prophetæ, iure in præsentia huiusmodi pro-
phetiæ munus mittentes, de alio nunc, nostro seculo no-
tam utili quam necessario, differemus. Meminit huius
ad Romanos scribens Apostolus, inter præcipua &
uaria aliqui corpori ecclesiæ collata charismata: Ha Rom.12
bentes, inquit, dona iuxta gratiā datam nobis uaria,
sive prophetiam iuxta portionem fidei. Nam quia fi-
des, summa & caput est rerum spiritualium: prophetiā,
tanquam utilissimum in ecclesia donum (si tamen fidei
portionem non excedat) primo loco ponere non du-

f

Cap. I MANNOT. IN EPIST. PAVLI

bitauit. Et quid præterea nomine prophetæ intelligit
uelit, nō obscure in priore ad Corinþ. epist. aperuit,
ubi cum multa de donis spiritus, quibus varie corpus
Christi ecclesia semper afficitur, dixisset, tandem sic in-
1. Cor. 13. fit: Sectemini charitatē, et mulemī spiritualia, magis
14. tamen ut prophetetis. Dixerat prius ad complementū
corporis Christi, deum ipsum posuisse in ecclesia, pri-
mum apostolos, deinde prophetas, tertio doctores, de-
inde potestates, deinde dona sanationum, subsidia, gus-
ternationes, genera linguarum. Nullum in his tamua-
rijs dotibus, tam necessarium ecclesiæ duxit, ac pro-
phetæ donum. Nam ait: Qui loquitur lingua, non ho-
minibus loquitur, sed deo: nullus enim audit: spiritu ne-
ro loquitur mysteria. Ceterum qui prophetat, homi-
nibus loquitur ædificationem, exhortationem, O
consolationem. Qui loquitur lingua, seipsum ædificat:
at qui prophetat, congregationem ædificat. Volo au-
tem omnes uos loqui linguis, magis tamen ut prophes-
1. Thess. 5. tetis. Postquam Thessalonenses hortatus esset, ne
spiritum extinguerent, mox subdidit: Prophetias ne
afferemini: nihil æque in ecclesia necessarium du-
cens, ac prophetæ spiritum. Hunc spiritum ha-
bent quicunque sensum Christi genuinum ex scriptis
sanctis nobis afferunt. Et tamen in his quoque
ecclesia Christi discrimen agnoscit. Nam quod ad sen-
sum fidei,

sum fidei attinet, singuli à deo doceri opus habent,
 alioqui qui sensum fidei non callet, quomodo alijs my-
 steria fidei aperiret? Hinc mihi persuadeam par est,
 non aliter accipi hic prophetias, quæ de Timotheo
 præcesserant, quàm eas reuelationes, quas per spiritu-
 tum sanctum acceperat Apostolus, ut certò sciret, dia-
 gnum esse Timotheum, quem tam amplæ, sanctissimi
 verbi dei, prouincie præficeret: nec ob aliud, opinor,
 illi imposuit manus coram ecclesia, quàm quod illum
 cognouisset pollere prophetice spiritu. Utinam hodie
 ab ecclesia salubriter auferre queamus, ne cuiquam
 posthac ex media imperiti vulgi colluione, temera-
 ria ausu in hæc sacratissima scripturæ sanctæ myste-
 ria, irrumperet liceat. Nam qui, spredo ordine com-
 munitatis, temere, & ut proverbio dicitur, illotis pe-
 dibus, tractandis se in ecclesia mysterijs ingesserit,
 quid quoque aliud, quàm turbas excitabit ille? Dona spi-
 ritus sancti utcumque uaria sint, non tamen in destruc-
 tionem corporis ecclesiæ dantur, sed in ædificatio-
 nem duntaxat: esset alioqui spiritus sanctus, non pas-
 cis, sed dissensionum spiritus. Aut si quenque indiscri-
 minatim ad tractanda fidei mysteria admitti censem-
 us, cur prophetas constituit deus, in ædificationem
 ecclesiæ? Non possum induci ego, ut credam con-
 ducere Christiano orbi, si quibuslibet relinquamus

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

integrum, interpretari in conuentu ecclesiæ scriptus.
ras. Quod dicam, nemo sanus improbabit (modò seculi nostri mores nō ignoret) quorundā plusquā audaci impudentia factū esse, ut hodie magna ex parte obliteratam conspiciamus pristinæ illius & ueræ apostolicæ ecclesiæ faciem. Quid nō enim periculorum immovere putamus nobis, si ab ecclesia prophetiæ spiritum secludemus? Quod ratio est in corpore humano, hoc prophetia in ecclesia fidelium. Aufer rationem à corpore humano, quid præter belluam constitues? Exime ab ecclesia prophetiæ donū, quid præter monstrum relinges, dum uarijs patet erroribus, dum nulla iam membra officij sui partes gnauiter obeunt? Quod ideo uehementius dico, ne quid per contentionem, aut præter ordinem & decorum in publicis congregacionibus tentemus.

Cæterum quia uarijs undiq; premitur ecclesia militis, non erit alia profigandis fidei hostibus armatura efficacior nobis, ac prophetiæ spiritus. Atq; utinā in hac imperatoris nostri militia, eo munere, quo nullū apud Christianos augustius est, sic fungantur Episcopi quiq; ut sibi laudem magnā, ecclesiæ uero multam inde reportent utilitatem. Proinde hostes quibus cum congraudiendū, haud obscure in epistola ad Ephesios recensentur: Quoniā, inquit Apostolus, non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus,

cipatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos,
 rectores tenebrarum seculi huius, aduersus spirituales
 astutias in cœlestibus. Deinde ne ignoremus quibusnam
 armis potissimum pugnandum nobis, his quidem uer-
 bis, quasi classicum intonans, ad pugnam nos euocat, de-
 cens: Quapropter assumite uniuersam armaturam dei,
 ut possitis resistere in die malo, et omnibus peractis,
 stare. State igitur lumbis circuncinctis baltheo per ue-
 ritatem, et indui thoracem iustitiae, et calciati pedis
 bus, ut paratis sitis ad Euangelion pacis: super omnia
 assumto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali il-
 lius ignita extinguere: galeamque salutaris accipite, et
 gladium spiritus, qui est uerbum dei. Alio loco arma
 uocauit iustitiae, quibus a dextris et sinistris sese tutan
 tur ministri Christi. Et iterum: Arma militiae nostre
 non carnalia sunt, etc. Porro ut huic toti semel incus-
 beremus militiae, denuò ad Timotheum scribens admo-
 net, ne principi nostro Christo, cui iam olim in baptis-
 mo nomen dedimus, ad unum duntaxat temporis mo-
 mentum, sed continue ac perpetuo, uel in medijs turbi-
 nibus istis indiuisim adhæreamus, qui semper pro re-
 gia sua magnificentia uarijs milites suos uirtutibus illu-
 strat, auget, ornat. Nunquam non uigilat, nunquam abest
 suis: infirmos tutatur, erigit prostratos, adiuuat cer-
 tantes, et simul uictoribus præmia decernit. Sed quid
 loquitur Apostolus? Nemo qui militat, implicatur

2. Timo. 2

Cap. I. ANNOT. IN EPIST. PAVLI.

uite negotijs, ut ei qui se in militiam delegit, placeat.
Nos ascripti in militiam Christi, cur aciem deserimus?
cur non persistimus in delegato officio? cur infecto bello
retro abimus? cur animum deicimus, qui iam certi
facti sumus, ad immortalis uitæ gaudia commigratu-
ros nos, si quando pro Christo occubuerimus? Olim
apostoli sancti, et si in medio loporū positi, facile tam
men omnes mundi huius insultus contemnebant, in eo
Ioan. 16 qui dixit: Confidite, ego uici mundū. Nos contrā neq;
deum, neq; homines animo habentes, dum satrapas, et
monarchs agimus: dum auaritia, luxu, ambitione in-
structi, dum discordiæ seminaria alimus, dum semper
magis magisq; in nouas subinde factiones scindimur,
latissimis fidei nostræ finibus paulatim exuumur. Tan-
tum ualeat semel à paupertate & ignominia crucis
Christi, ad opes & gloriam mundi deficere. Quod
quām sit indecorū, uos, qua prædicti estis prudentia, fa-
cile iudicabitis. Sequitur:

Per fidem & conscientiam bonam.

Hæc duo coniuncta simul, cum deo, tum homini-
bus commendant Episcopum. Nam quia fides uerbo
ueritatis dei nititur, qui sensus illius expers fuerit, hu-
ius quoque uitæ mores facile inficiuntur. Et qui eò in-
fidelitatis labitur, ut promissionibus dei minus capia-
tur, quomodo spectatæ, cum fiduci, tum uirtutis excentia
pla ædia

plausit editurus est? Quomodo, qui cupiditatibus priuatis superatus, sua querit, non quæ Iesu Christi, ecclesiæ commoda quereret? Cui uitius infectus est animus, aliorum mores recte formaret? Non credo. Et hoc nimis credo, quo minus haec duo sine periculo disiungi possunt. Qui enim infidelitatis morbo laborat, huius non potest esse bona conscientia. Nec mirum. Cum enim impura mens & uita fuerint, nihil spei reliquum iam est, quam mox fidei nauem errorum procellis conquassatam, naufragio corripi, & mergi. Ut enim sine fide impossibile est placere deo, ita sine fide nemo salubriter in portum salutis appellere potest. Quod dicimus, deprehenderat uerum esse Apostolus, in Hymenæo & Alexandro: Hi enim in pertidæ scopulos impingentes, primum ipsi à Christo defectionem pararunt, deinde & Christi doctrinam conuiciis incessere cœperunt. Quos ideo satanæ se dicit tradidisse, ut discerent non maledicere: aut certe ne quis post hac simile in ecclesia scandalon designaret. Erat olim non alia atrocior in ecclesia Christi poena, quam si quando publice peccantes, sanis admonitionibus non acquieuisserent, à reliquo corpore abiacerentur. Habet Ecclesia, more indulgentissime matris, disciplinæ uirgam, qua filios suos, si qui intemperantius agere uoluerint,

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

in officio conseruet. Habet & gladium iustitiae, ut eos
qui ruptis operantis per dilectionem fidei claustris, præ
cipites in quæque pessima feruntur, uel cohærēat, uel
omnino à se resecet. Ipsa enim utrobiusq; sponsi sui uo
Ioan. 3 cem audit: & cum dicit: Nisi quis renatus fuerit ex d^a
qua & spiritu sancto, non intrabit regnum cœlorū. et
Matt. 5 cum dicit: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scri
barum & pharisæorū, nō potestis ingredi in regnum
Gal. 5 cœlorum. Ecclesia audit Apostolū cum dicit: Vos in li
bertatem uocati estis fratres. Sed illud insuper etiam
non negligit audire, quod sequitur: Tantū ne libertate
in occasionem detis carni, sed per charitatem seruite
uobis iniucem. Quod si quispiam malitiæ sue uel ame
tum habuerit libertatem, is et si latuerit ecclesiam, in
oculis dei excommunicatus est. Et quisquis aliud, quam
Christus & apostoli, docuerit, iure spiritus dei ampu
tatus est à communione bonorum Christi. Sic Aposto
Gal. 1 lus ad Galatas prædixit: Cæterū, inquit, etiam si nos
aut angelus e cœlo prædicauerit uobis Euangelion,
præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit. Ad
alios scribens, declinare docet, quotquot pugnantia sa
Rom. 16 næ doctrinæ traderent. Nam, ait, qui eiusmodi sunt,
domino Iesu Christo nō seruiunt, sed suo uentri, et per
blandiloquentiam & assentationem decipiunt corda sim
plicium. Porro ecclesia amputationem peccatoris non
ob aliud exercet, nisi ut peccati magnitudinem agno
scens,

PRIOREM AD TIMOTH.

37

scens, resipiscatis, qui peccauit: agendumq; semper iusta
xta præscriptū Christi. Debet autem præcedere ad-
monitio priusquam amputetur peccator, ne quid forte
per crudelitatem, & nō potius per compationē ages
re uideatur ecclesia: neq; odio habendus est quē sic am-
putauerimus, sed lugendus, sed declinandus. Nam ius-
xta apostolicum præceptum, si quis sanis sermonibus 2. Thess. 3
non obediuerit, nihil cōmercij habendum cum illo, ut
pudore suffundatur: neq; uero uelut inimicus haben-
dus, sed admonendus ut frater. Nam diligenter prospici-
endum nobis, ne acerbitate correptionis, desperatio-
nī locum aperiamus. Videndū etiam, ne quid candorē
Christianō diuersum admittamus, in excludendis pec-
catoribus: ne difficiles simus in recipiendis, memores
Patris nostri qui dixit: Si impius egerit poenitentiā ab Ezech. 18
omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit
omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam,
uiri uiuet, & nō morietur: omnium iniquitatum eius,
quas operatus est, non recordabor. Id considerans Da-
uid, dicebat: Cor contritū & humiliatū deus non de- Psal. 50
spicit. Et Christus uarijs equidem exemplis nos do-
cuit, ne quen contemneremus, si resipisceret. Ipse pec-
atricem contra expectationem phariseorū omnium,
dimissis illi prius peccatis, recepit: cum peccatoribus
& publicanis conversatus est: latronem in cruce sero
resipiscentem, adeò non contempsit, ut paradisum illi

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

promitteret. Ipse eum qui in latrones inciderat, misericordia motus, in iumentum suum ponens, curauit:

1. Pet. 2 Quid multis? Ipse est qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, quo peccatis mortui, iustitia

Esaie. 42 tiae uiueremus. Ipse est qui calatum conuassatum non penitus contriuit, nec linum adhuc sumigans extingui passus est. Sed redeamus nunc unde digressi sumus.

Præstiterit scire, qualisnam forma excommunicandi peccatoribus seruanda sit, reliquis in ecclesia permanentibus. Descripta est autem huius rei forma accuratissime in euangelio Matthæi, capite decimo octavo: neque unus temere iudicij huius partes usurpet, quod penes totam ecclesiam esse uoluit Christus. Si peccauerit in te frater tuus, uade & argue cum inter te et ipsum solum: (non dixit, exclude: sed argue) si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Sequitur: Si uero te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, aut duos, ut in ore duorum, aut trium testium, constitutum omne uerbum: (neque his, qui tanquam testes, patrati criminis uocati sunt, ius, excludendi peccatorem, comprehendit.) Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Quod si neque ecclesiam audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, quaecunq; alligaueritis super terram, erunt ligata in cœlo: & quaecunque ueritis

ueritis super terram, erunt soluta in cœlo. Huius forma
 mæ exemplum, quod imitemur, in priore ad Corin-
 thios epistola, capite quinto, legimus, ubi Apostolus
 cum acriter obiurgasset eos, qui turpisimum facinus
 uidissent, nec prohibuissent (contigerat enim, ut quis-
 dam nouercam suam, uxoris loco haberet) ait : Nam
 ego quidem ut absens corpore, præsens autem spiritu,
 iam decreui tanquam præsens, ut is qui sic hoc patra-
 uit, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis
 uobis & meo spiritu, una cum potestate domini nostri
 Iesu Christi, tradatur satanæ, ad interitum carnis,
 quo spiritus saluus sit in die domini Iesu. Quia in re il-
 lud intelligimus, tollendum esse è medio ecclesiæ cum,
 qui per publica crimina offendit : ut hic erat, qui uxo-
 rem patris sui habebat. Deinde non unus Paulus, aut
 Petrus, sed tota simul ecclesia exclusum pronunciat.
 Tertio nec Paulus, nec episcopus aliis, imò nec eccles-
 sia id propria potestate recte tentauerit, sed potestate
 domini nostri Iesu Christi. Postremo quod, tradere sa-
 tanæ, tantum concludat corpus, non etiam animam,
 si is qui peccauit, resipiscat. Nam alioqui si contes-
 mnet quis ecclesiæ censurā, is ad mortē peccatū cōmi-
 fit, imò blasphemia spiritus sancti non declinauit, quod
 factum tam est irremissibile, ut Christus illud neq; hic I. Ioan. 5
 neq; in futuro remittendū prædixerit. Ecclesia nemis Matt. 12

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

nem sic excludit à bonis spiritus, ut redeuntem nō ue-
lit recipere, aut castigatū & emendatū nō suum agno-

Luc.15 scere. Nam & in Euangelio filium peccatorē resipi-
scensem, ac redientem ad se, pater cum gaudio exce-
pit. Et Paulus, quem prius unā cum ecclesia Corin-

z.Cor.2 thiorum excluderat, recipi iubet, ne immodico dolore
absorbeatur qui est huiusmodi. Si quis uero emendari
contempserit, is iuxta praeceptū apostolicum, recipi-

In 2. epist. endus in domum non est, nec aue ei dicendū. Qui enim
Ioannis dixerit illi aue, cōmunicabit operibus eius malis. Est

I.Cor.5 & aliud praeceptū in epistola ad Corinthios: Si quis,
inquit Apostolus, cum frater appelletur, fuerit scorta-
tor, aut avarus, aut simulacrorum cultor, aut conuis-
ciator, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne ci-
bum quidem capiat.

Quod si quis hæc omnia paruipenderit, neq; ob id
poenitentia agere duxerit, diuinæ ultioni relinquēdus
est, ac uelut ethnicus & publicanus uitandus. Olim

Num.16 cum Choré, Dathan, & Abiron contra Mosen in sua
perbia sua loquerentur, diruta est terra sub pedibus
eorum, & aperiens os suum deuorauit illos, cum taber-
naculis suis & uniuersa substantia eorum: descendea-
runtq; uiui in infernum.

Quod si etiam deus ulcisci distulerit, ipsi q; peccato-
res contumacius in peccatis perdurauerint, ipsi mani-
festis produnt argumentis, tales esse sese, in quos, tanq;
in pu-

in publicæ tranquillitatis hostes , animaduertere & Rom.13
 posse & debeat illa ordinata à deo gladij potestas.
 Nam & agricolæ , ut frondentes conseruent ramos ,
 & qui digna laboris præmia spōndent , non somno
 indulgent , nullamq; remittunt operam.

Sic contrà quibus est , post curam , succus amarus ,
 Aut adeò steriles , ut nullo tempore fructum
 Expectare queant , flammis ultricibus illos
 Objicient , neu culta cadant pereuntis amore ,
 Neu pereat felix reliqui præstantia ruris .

Postremo si quispiam ab impijs , uel cupiditate pecuniarum , uel libidine vindicandi , uel alterius sinistri affectus gratia excluditur , moneo , ne timeat . Beati Matt. 5
 enim eritis , dixit Christus , cū maledixerint uobis homines propter me . Prædixit hoc futurū confessoribus suis Christus , ne quid offenderentur , cum eiendi es- sent à synagogis patrum suorum . Venturū enim tem- pus , ut quisquis interficeret eos , arbitraretur cultū se præstare deo . Sed ne nimio dolore conficerentur , post pauca , quæ consolationem afferre queant mœstis , ad- dicit : Iterum uidebo uos , & gaudebit cor uestrum , & gaudium uestrum nemo tollet à uobis . Cæterū quemadmodum beati prædicantur à Christo , qui persecu- tionem patiuntur propter iustitiam : ita nō possunt nō esse beati , qui præter mentem spiritus dei , ab ecclesia arcentur . Quimimò omnes illæ impiorum maledic-

Cap. I. ANNOT. IN EPIST. PA VLI

Et ies, in benedictiones cesserē sunt pijs, & ueritatē sequētibus. Ita dominus apud Malach. aduersus Leuit. Malach. 2 ci generis sacerdotes loquitur: Maledicā benedictionis Psal. 108 bus uestris. Et in lib. Psal. iusti dicūt ad dominū: Male dicēt illi, tu autē benedes. Et recte quidē. Neq; enim hoīs, sed domini est salus, qui est deus benedictus in secula, Amē.

DISTRIBVTIO V

Nemo est, ut opinor, qui nesciat quanta semper cum fidei tum uite sinceritate reliquam multitudinem antecedere debeant Episcopi, quamq; non recte episcopi munus subeat, qui morum duntaxat honestate reliquos superant, nisi etiam ecclesiae præscribere norit quæ cum primis illi sint salutaria, quæq; ad recte uiuendum uniuerso illius corpori conducant: alioqui quantum spectatæ uitæ moribus ædificat, tantum destruit, ubi minus delegato officio incubuerit. Quid enim proderit si ipse salutis propriæ domum supra petram fundare uideatur, si oscitantia & inertia sua sua præ arenam ædificet ecclesia? Aut quæ utilitas, si ipse de fontibus saluatoris bibere uideatur, dum interim ecclesia cisternas, quæ, ut Propheta testatur, aquas continere non possunt, sequatur? Non est bonus medicus, qui uni sibi, ne ægrotet, aduigilat, nisi etiam aliorū in commodis obuiam uenire, & queat, & uelit. Christus in Euangelio fidelē & prudentē appellauit seruū, qui Matt. 24 præfectus famulitio domini sui, cibū daret illis in tem-

pore. Ad quod prudēter & religiose Timothēū horatatur Apost. ut scilicet cōmissum sibi gregem Christi, primum omniū in eo pietatis officio imbuat, quo nullū est in ecclesia utilius. Itaque ab oratione auspicatur, quod oratio ut gloriam dei, ita prorsum oēs pr̄esentis uite necessitates cōpletatur. Verba Apost. sic habēt:

C A P V T II

 Dhōrtor igit̄, ut ante om̄ia fiāt deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarūactio-nes pro om̄ib. hoībus, pro regibus &c.

Sunt quibus haud magni precij uideātur esse orationes, quae sūt in publicis cōgregationibꝫ, ideoq; paſsim à prophanis illis quibusdā negligūtur. Videtur hī mihi cōmunes illos peccatorū nostrorū morbos, aut nō agnoscere, aut quod iuxta est, diſimulare. Quod nostro pr̄esertim tempore int̄ pestiue fecerint. Nam diſimulare tot undiq; nos circumstantium incōmodorum genera, quid est aliud q̄ peccata, ingratitudine nostra, in oculis dei reddere cumulationa? Cæcus sit oportet, quisquis hodie non uidet statū reip. Christianæ multis modis corruptissimum. Stupidus ac uicinus morti, qui communem hunc morbum non sentit. Denique hostis est, qui cum opem ferre queat ecclesiæ, abstinet. Porro qui hodie in ecclesia sunt rerum tumultus, non alio pharmaco melius sedari possunt, quam oratione.

Cap. I ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Illud uero tum feliciter tentabimus, si odia illa intestina, si dissidia, si simultates, & alia id genus impunitatis membra, à corpore mystico amputauerimus, abiecerimus, proscripterimus. Iubet hoc, ut faciamus, Christus: hortatur ad hoc Christi apostolus. Turpissemus fuerit contemnere præceptū Christi: nec minus turpe, si ad tam sancta adhortantē Apostolū non audiamus, cuius adhortatio prorsus pertinet ad omnes: ad iuuenes & senes, ad coniuges & cœlibes, ad plebeios & principes, ad calamitosos & fortunatos, ad diaconos & episcopos. Breuiter, ut nemo ab hac cōmuni peccatorum miseria immunis est, ita nemo ab hoc orationis officio excluditur. Infelices & ingratii sint oportet, qui promissam à Christo oratoribus suis felicitatem, per socordiam suam amittunt. Quod si quicquā est (ut multa sunt) in rebus spiritus, quod minus contanter in ecclesiā aggredi conueniat, imò quod oporteat nequam intermittere, certe oratio est, qua non est aliud placandæ iræ dei efficacius. Qui magicis clarent artibus, nihil non impijis orationibus suis tribuunt: dumque nimis stultæ ac superstitione fidei fundamentis nitantur, audent tamen spondere sibi, quicquid libet. Et uide mus nonnunquā illis tanquā uirgula, ut aiunt, diuina suppeditari quedam, præter cōmuniem hominū expectationem. Receptū est enim à quibusdā, tantum uirtutis inesse magicis illis ac superstitionis orationibus, ne dicam

dicam interim, imprecationibus, ut qui illas callent,
male affectis rebus opem ferre, aut contrà morbos re-
cte ualentibus cum uelint, inferre norint & possint.
Tempestates cicer, & tonitrua, concutere etiam fulmi-
nibus, terramq; polumq;. Nos parò quantū putabim-
us ualebit Christianæ congregationis ad deum ue-
rum, in fide uera, habita oratio: si tantum hæc stulta
quorundā imprecatio ualet, quibus alioqui incognita
est Christianæ orationis uirtus? Longe alia est uirtus
Christianæ orationis, quam quæ nugante ore, in ter-
ris quiescat: sed amore bonitatis dei accensa, et spe glo-
rie filiorum dei erecta, assumptis columbæ pennis ad
cœlum seipsam transfert, totam illam peccatorū suo-
rum miseriam, coram patre misericordiarū reponēs,
omnibus seculi huius curis facta superior, longe omnes
post se relinquens humanos æstus. Tales oratores re-
quirit deus, ut Christus Samaritanæ aperuit, dicens:
Venit hora, & nunc est, quando ueri adoratores ado= Ioan. 4
rabunt patrem in spiritu & ueritate.

Admonet alibi Apostolus quosdā, ut constanti pie 1. Theſ. 5
tate, sub quo quis fortunæ ludibrio gaudentes, incessan-
tibus precibus, gratiam agerent deo patri per Chri-
stum. Non est cur in aliquo diffidentiae malum nos re-
morari debeat. Deus noster omnipotens est, bonus est,
uerax est. Et quidem quod omnipotens est, quod mise-
ricorditer promisit, ueraciter præstare potest. Quia

Cap. II. ANNOT. IN EPIST. PAVLI

uero bonus est, timendum nobis non est, ut opem con-
fugientibus ad se latus non sit, aut ferre nolit. Quid
autem & uerax est, imo quia ipse est ueritas ipsa, se-
ipsum utique negare non potest. Quin fieri etiam ne-
quit, ut non oculis misericordiae suae, respiciat in ora-
tionem humilantium animas suas, iuxta quod legis-
Psal. 101 mus apud Psalmistam: Respexit in orationem humili-
um, & non est aspernatus preces eorum. Nunc licet
prement nos undique mala, consistant aduersus nos
prælia, armentur in nos principes illi & reges gen-
tium, persequantur in nobis Christum, saeuiant hi
hilonius etiam in nos illa, peccatum, mors, infer-
nus: nos tuti tamen bene sperabimus, in empe certiores
facti promissionibus tam potentis, tam boni, tamq;
ueracis dei: neq; mori posthac pro nomine regis no-
stri, formidamus. Audi que in psalmis ad cōsolationē
Psal. 33 iustorum, loquitur spiritus propheticus: Clamauerūt,
inquit, iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus
tribulationibus eorum liberauit eos. Et iterū: Ad te claz-
mauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos.
Ad te clamauerunt & salvi facti sunt, in te sperauerūt
& non sunt cōfusi. Que ideo dicimus, ne quid diffida-
mus, de tam magnificis promissionibus dei, scientes,
quia sicut iustus est deus in omnibus iuis suis, ita quoq;
Psal. 144 non longe abest omnibus inuocantibus se in ueritate
quint

quinetiam uoluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet illos. Hæc spes in tribulatione positis, esto.

Quicunque porrò ad primum statim orationis suæ impetum, si non exaudiantur, retroabeunt, digne deo sentire non possunt, qui constantes requirit oratores, adeoque uiua templa, hoc est corda humilia, in quibus habitat, qui nullum illi exauditionis terminum prescribunt. Talis erat Hiob quando dicebat: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Et David constanter dixit: Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu tecum es. Et Abraham patienter ferrebat, donec, iuxta promissionem dei, filium accepisset. Ac totus ille simul Israëliticus populus, per annos quadraginta in deserto circumactus, tandem promissæ terræ hereditatem possedit. Apud Esaiam amariſſime à ſpiritu dei perstringuntur, qui contempta fide & misericordia, ob nescio quam boni operis ſpeciem, tempus & locum deo constituunt, quo ſint exaudiendi. Sed dominus ait potiſſimum reſpicere ſe ad humiles & ſpiritus confractos, ac trementes ad sermones ſuos. Oportet autem ut oratio cum fructu ad nos redeat, certam aliquā neceſſitatē includat, alioqui haud uideo quidnam boni manis quorundam βαπτολογία referre queat.

Esa.66

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Neq; parum resert an Pharisæus fastu elatus, an publi
canus humilitate spiritus præditus, orationem fundat:
cuius rei nos admonet Christus apud Lucam cap. 18.
ubi cum ueræ orationis uirtutem, tum inanem falso
opinionis ostentationem, uidere licet.

Neq; ita orabimus, quasi deo quipiam daturi si-
mus, à quo utiq; poscimus, ut rebus nostris consulere
uelit: imò quia uarijs in huius mundi pelago conqua-
samur, ac ueluti obruimur malorū procellis, nisi ipse
mature opem latus sit, frustra iam aliunde auxiliū
sperare liccat: frustra imminentem capitibus nostris
interitum effugere, declinare, propulsare.

Proderit omnium maxime, ut bona sit oratio, si mi-
sericordia & charitate, fidei testibus, muniatur, san-

Tobiae. 12 Et Tobia sic dicente: Bona est oratio cum ieiunio &
eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere:
quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est que
purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam. His
uirtutibus si careant, qui ad ecclesiam confluunt, fru-
stra ad decum clamabunt. Nam, ut in Proverbijis ait Sa-

Prover. 21 piens: Qui obturat aures suas ad preces pauperū, &
Prover. 22 ipse clamabit, & non exaudietur. Et iterum: Qui pro-
nus est ad misericordiam, benedicitur. Quisquis uero
gloriæ adhuc cupidus est, aut turpi lucro imbiat, aut
opibus studet, aut uoluptates uenatur, aut alios adulte-
rinos mundi huius amores, in contumeliam Christi ad-
miscerit,

PRIOREM AD TIMOTH. 43

miserit, is à promissis dei bonis, quæ nisi recte credentes manent, haud immerito excludetur. Quinetiam sic orans, nō infrequenter iudicium vindicis dei in se provocauit, tantum abest ut iram illius longius à se arere potuerit.

Nos igitur in primis apostolicæ doctrinæ acquiescentes, ipsam mox iuuentutē nostram, atq; adeò ipsa pignora nostra, sic à cunabulis ipsis instituamus, ut mox ab oratione tam salutari, uere religionis rudimenta auspicentur: & ne quid unquā diuersum mandato Christi in oratione sua quoquo modo præsumat, sed discant, iuxta quod hic dicit Apostolus, ante omnia deprecationes fieri debere, pro omnibus hominibus, I
 & pro his qui addicti nobiscum sunt Christo, & pro his qui Christum in nobis persequuntur, ut quam fieri queat, latissime propagetur Christianæ orationis fructus. Pro illis quidē, ut in eo quod esse cœperunt, confirmantur, semperque uegetiores in bonis operibus redundantur: pro his uero ut & ipsi quandoq; conuertantur ad deum nostrū, indiesq; magis ac magis innocentia gloria crucis Christi. Deinde & reges seculi huius orationibus nostris complectamur, ut quibus tunc dæ pacis publicæ à deo concredita sit potestas, ut subiecta sibi regna, amotis perturbationibus, in iustitia gubernent, ac in pace & tranquillitate custodiant. Etenim hoc publicæ tranquillitatis bono, nihil est pro-

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

mouendis diuinis laudibus cōducibilius, nihil ad con-
munes huius uitæ incommoditates profligandas effi-

- III** cacious. Tertio interpellabimus etiam pro his, qui pec-
catorum magnitudine confusi, lapsi iam sunt, aut la-
psui sunt proximi: ut percepta mentis tranquillitate,
discant in medijs etiam inferni horroribus, fide & spe
IV in Christum respicere. Postremo, si quid in his omni-
bus cōsecuti fuerimus, quia dei beneficio cōtigit, agan-
tur illi gratiarum actiones, à quo, cœu fonte, quicquid
est ubique bonorum, defluxit.

Hæc ita fieri olim à Iudeis uoluit dominus, cum
admodum in duram abducendi essent seruitutem, sub
Hier. 29 Nabuchodonosor rege Babylonis, dicens: Quærite
pacem ciuitatis, ad quā transmigrare uos feci, et ora-
te pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax uo-
bis. Quod præceptum postea, qui capti tenebantur in
Babylone, haud sègniter securi, ad sacerdotes, & reli-
quos qui Hierosolymis remanserant, mittentes, pete-
Baruch. 1 bāt, ut orationibus suis reges, alioqui impios, deo com-
mendarent: Orate, inquit, pro uita Nabuchodonosor
regis Babylonis, et pro uita Balthasar filij eius,
ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram, & ut
det dominus uirtutem nobis, & illuminet oculos no-
stros, ut uiuamus sub umbra Nabuchodonosor regis
Babylonis, & sub umbra Balthasar filij eius, & ser-
uiamus eis multis diebus, & inueniemus gratiam in
conspicua

conspictu eorum.

Iam ut maxime , peccatis nostris id exigentibus ,
 inter impios principes uitam degere oporteat , qui omnia dei beneficia paruipendant , qui omnes dei miseras contemnunt , tamen id quod reuera faciendum est ,
 minime prætereundum à nobis , ne quo modo publicam tranquillitatem perturbemus , ne uitij nostris lae-
 cessiti principes , sœuendi illis in nos ultro addemus
 materiam . Mirum quām ubique Apostolus post co-
 gnitionem Christi , quæ est per fidem Christi , uitæ
 candorem in suis requirat . Quid enim aliud ad Philipp.
 lippenses scribens orat quām ut fidem , charitatis offi-
 cijs , in oculis mundi redderent commendatiorem ?
 Oro , inquit , ut charitas uestra adhuc magis ac magis
 exuberet in agnitione , omniq; intelligentia , ut probe-
 tis quæ sint præstantia , ut sitis sinceri , ac tales , ut ne-
 mini sitis offendiculo in diem Christi , impleti fructu
 iustitiae , qui cōtingit per Iesum Christum ad gloriam
 & laudem dei . Et alio loco dicit : Nulli dantes ullam Rom. 13
 offensionem , sic ut in die honeste ambulemus . Vult
 hisce officijs intentos esse Christianos semper , sic
 pergere omnes , ne quid unquam euange-

lica professione indignū in oculis

uel dei uel mundi

admittant.

Cap. II. ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Nam, inquit, hoc bonum est & acceptū,
coram seruatore nostro deo, qui cūctos
homines uult saluos fieri, & ad agnitiō-
nem ueritatis uenire.

Pendent hæc à superioribus. Ut enim cōmuni mor-
taliū uitæ nihil est suauius uel salutare magis: atque
ipsa regum & principū mundi huius concordia, ita
promouendæ Euangelij gratiæ nihil est tranquillitate
temporū accōmodum magis. Nam inter strepitus bels
li, inter tubas, inter strages, atq; adeò inter ipsas acce-
ptas, datasq; uicissim cædes, quæ potest esse propas-
gandæ pietatis spes? Quis locus, quod tempus uerbo
salutis concedetur, tela inter media, atque horren-
tes Marte furores? Illic quispiā feliciter ad honestatē
morum adhortabitur, ubi ridetur religio: ubi sacra mi-
scentur prophanis, ubi uis infertur uirginibus, fœdan-
tur alienæ nuptiæ? Quis uitam tutò prædicauerit in-
ter homicidas, aut ubi uiderit: Sternere cæde uiros, et
Aeneid. 10 mœnia cingere flammis? Cuius non periclitabitur in-
nocentia, ubi omniū uitiorum ædi conspercerit exem-
pla: ubi quod cuiq; libet, licet: ubi quisq; impune le-
dit, rapit, occidit?

Georg. I Quippe ubi fas uersum, atq; nefas, tot bella per orbē,
Tam multæ scelerum facies, non ullus aratro
Dignus honor, squalent abductis arua colonis,

Et cuius

Et curuae rigidum falces conflantur inensem.

Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum,

Vicinæ ruptis inter se legibus urbes

Arma ferunt, sicut toto Mars impius orbe.

Proinde nisi in concordia redeat mundus, nisi placida
ac quietam uitam degamus, non video, qua parte posta
hac ueritatis cognitio latius propagari queat. Et si
enim deus cunctos homines uult saluos fieri, tamē nisi
ad agnitionem ueritatis uenerint, saluos fieri non uult.

Est autem hæc ueritas, Christus: quem qui fide agno-
uerit, is recte, ut quidā dixit, hauiet salutem à domi-
no. Porro sic est Christus ueritas, ut præterea nihil sit
quam ueritas. Veritas diuinitatis, ueritas humanitatis,
ueritas iustitiae, sanctificationis, redēptionis, salutis,
pacis, & si qua sunt his similia, quibus uarie misericor-
diam suam, erga peccatores, declarauit deus. Christus
uere panis uitæ, sicut loquitur ipse in Euangelio Ioan-

nis: Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, Ioan. 6

non sitiet unquā. Neq; uero existimes cuiq; liberū esse
ueniendi ad Christū: gratia beneficium est, ac pater-
næ benevolentiae dei signum. Sic enim dixit ueritas:
Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & eum qui
uenerit ad me, non eiicio foras. Vbi dare patrem filio,
gratuitam illam electionem, qua de mundo eligimur in
Christo, accipimus. Sic quod deinceps dixit: Nemo po-
test uenire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eū:

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVL.

nihil aliud significat, quam patrem electos iam ante se, in cognitionem ducere ueritatis, quae est ipse Christus, qui dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita.

Quod si quidam erunt qui arcentur à salute, hoc ideo fit, quia in cognitionem Christi, iuste per patrem ducti non sunt. Habet autem deus in eligendis atq; perdendis hominibus uelut in luto figulus, potestatē: & alia facit in honorem, alia uero in contumeliam uasa: uocans ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt. Quinetiam solidum fundamentū dei stat, habens signaculum hoc:

2. Timo. 2 Nouit dominus, qui sint sui: & discedat ab iniuitate omnis qui nominat nomen Christi. Proinde quod hic dixit Apostolus: Deus uult omnes homines saluos fieri: ostendit non ullam apud deum esse personarū accessionem, sed in quauis gente, qui timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi: id quod Lucas didicisse Petrum in actis apostolicis testatur. Itaq; per tropum non infrequentem sacrae scripturæ dixit, omnes homines saluos fieri, quando nullam nationē, nullos hominū status à reuelata per Euangelion gratia ex-

Matt. 15 cludit. Sic Christus orantem pro filia Cananæā exaudiit, eamq; uerorū filiorū pane refectam, dimisit: ostendens non unos duntaxat Iudeos ad Euangeliū gratiam

Ioan. 10 pertinere, sed & gētes. Sic alibi dixit: Et alias oues habeo, que nō sunt ex hoc ouili, illas quoq; oportet me adducere, & uocē meā audient, & fieri unū ouile, et unus

unus pastor. Rursumq; Multi ab oriente & occidente Matt. 8.
uenturi sunt, & accumbent cum Abraham, Isaac, &
Jacob in regno cœlorum. Quod Christus dixerat: ali-
as oves habeo: ac multos etiam uenturos ab oriente &
occidente qui sint accubituri cum Abraham, Isaac &
Jacob: hoc Apostolus dixit, omnes homines. Intelligi-
mus itaq; uerum esse quod dicit, omnes homines saluo-
fieri: à quibus nempe non exigit pœnas, quibus miseri-
corditer peccata sua contegit deus. Nam facile locus hic
à toto ad partē te remittit, non secus ac pleriq; alij in-
dicant, quibus specialis quædam uniuersitas contine-
tur: ut quod Christus dixit: Ego si exaltatus fuerō à Ioan. 12.
terra, omnia traham ad meipsum. Et in epistola ad
Hebræos: Extremis diebus illis loquutus est nobis Hebr. 8.
per filium, quem constituit hæredem omnium. Et
alio loco, postquam dixit: Quoniam in illo complacit Col. 1.
tum est patri uniuersam plenitudinem inhabitare:
tandem de speciali quadā uniuersitate loquens, subiun-
xit: Et per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis
per sanguinem crucis eius per eundem, siue quæ in
terra sunt, siue quæ in cœlis. Nec ideo incerta est uos-
luntas dei, nec inane consiliū potetiæ suæ, nec inualiditæ
promissionis uerbū, si qui id manserint, quod sunt, hoc
est, uasa iræ apparata in interitū. Omnes enim quibus
tam magnifica promisit deus, saluantur: & ut hic inte-
rim ad agnitionē ueritatis uenire queant, dat ipse legē.

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Hiere. 31 suam in uisceribus eorum, ut est apud Hieremiā, & in corde eorum scribit eam, eritq; eis in deum, & ipsi erunt ei in populū. Nam nulla est amplius Iudeo prærogativa, nulla gentili diffidentia. Nam quicunq; baptizati estis, inquit Apostolus, Christū induistis. Non Gal. 3 est Iudeus, neq; Græcus: non est seruus, neq; liber: nō est masculus ac fœmina. Omnes enim uos, unus estis in Christo Iesu. Quod si uos estis Christi, igitur Abrahæ semen estis, & iuxta promissionem, hæredes. Itaq;
Ibid. 6 in Christo Iesu neq; circuncisio quicq; ualet, neq; præputiū, sed noua creatura: quæ potissimum fit renouatione mentis per spiritum sanctum, dum uestus ille homo in dies magis magisq; corruptitur iuxta concupiscentias erroris: resurgit uero nouus ille, qui iuxta deum conditus est, per iustitiam & sanctitatem ueritatis: in Christo Iesu seruatore nostro. A M E N.

D I S T R I B U T I O VI

H Actenus immensam illam, iuxta decretū uoluntatis dei, bonitatē, in iustificandis peccatoribus conspicere licuit: imò admissi iam in cognitionē latitudinis, & longitudinis, profunditatisq; & sublimitatis, dilectionis Christi, intelligimus Euangelium, non ut olim legem, in una tantum Iudea, sed longe lateq; in uniuersos fines orbis terræ, gratiæ sue radios expandi: ut uere iam impletatur, quod spiritus propheticus per

cus per os Davidis cecinit, his quidē uerbis: A solis or Psal. 106
 tu usq; ad occasum, laudabile nomen domini. Porrò ut
 una est patris & filij in creandis, conseruandisq; re-
 bus, cum potestas, tum operatio, sicut Christus dixit:
 Pater meus usq; modo operatur, & ego operor: qui-
 bus uerbis utiq; parem, nō diuersam sibi cum patre po-
 testatem esse significauit: ita & que una est uoluntas pa-
 tris & filij in attrahendis, iustificandisq; peccatori-
 bus. quod in hæc uerba testatur Christus: Hæc est uo-
 luntas eius, qui misit me, patris: ne quid perdam ex
 omnibus quæ dedit mihi. Et iterum: Hæc est autem uo-
 luntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filiū, & cre-
 dit in eum, habeat uitam æternā, & ego suscitabo eum
 in nouissimo die. Vnus est deus pater & filius & spiri-
 tus sanctus: una item uoluntas deitatis in saluandis pec-
 catoribus. Quicquid salutis est ubiq;, ab uno scilicet
 patre, per unum nempe Christū, offertur: non uni dun-
 taxat genti, sed prorsus omnibus, qui saltene euangeli-
 & ueritatis lucem non refugiunt. Quod Apostolus
 noster iuxta pie ac docte sic expressit, dicens:

Vnus enim deus, unus etiam conci-
 liator dei & hominum, homo Christus
 Iesus: qui dedit semetipsum precium re-
 demptionis pro omnibus, ut esset testi-
 monium temporibus suis; in quod posse

Cap. II^o ANNOT. IN EPIST. PAVLI

tus sum ego præco & Apostolus (ueritatem dico in CHRISTO, non mentior) doctor gentium cum fide & ueritate.

Quia unus est deus pater & filius: conuenienter non plures, sed unum duntaxat conciliatorem dei & hominum, esse dixit. Nam sicut lex, quamvis sancta, neminem tamen ad perfectionem duxit: ita quisquis ex Adam carnem peccati contraxerit, quantumuis inculpatæ uitæ in oculis nostris appareat, frustra tamen reconciliandæ reliquæ multitudinis patrocinium sibi usurpat. Qui enim alios in gratiam offensi, per peccatum nostrum, dei duxerit, qui ipse obnoxius sit eiusdem scilicet offensionis in deum? Oportet eum, qui reconciliationi munus suscepit, quam longissime abesse ab his omnibus, quæ reconciliandam, per se iam, par tem, foedarunt.

At Christus qui solus à iure peccati & mortis liber, non sua querens, sed nostra, solus mentem patris recte placare potuit. Et ut dixit Apostolus, secunda ad Corinthios epistola, capite quinto: Qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia dei per illum. Et qui execrationi legis prorsum Gal. 3 debuit nihil, ut nos redimeret ab execratione legis, sicut et pro nobis execratio. Ipse enim, ut Esaias capitulo quinto

te quinquagesimotertio prædixerat, vulneratus est
propter iniquitates nostras, attritus est propter sce-
lera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & li-
uore eius sanati sumus. Tanti constituit reconciliare deo
patri peccatores, tanti iustificare peccatores, ut Chris-
tus miseriam nostram, gloriæ suæ longe anteponere
non dubitarit, quo sic mundo perfectæ, cum misericor-
diæ, tum dilectionis demonstraret exemplum. In quas
fæse subinde nō mutauit formas, ut persuaderet nobis,
non esse præter se quenquam, cuius opera reconcilia-
tionem admitteret pater? Cum peccatoribus manduca-
uit: nec Pharisæos à consortio suo exclusit, modò op-
portune, importune ad melioris uitæ frugem uerbo
suo perduceret. Leprosos mundauit, paralyticos solo
uerbo ad communis uitæ officia idoneos reddidit. Cæ-
cis, claudis, debilibus, & reliquis id genus, qui aduer-
sa aliquæ ualeitudine affecti fuissent, uires suffecit. Dea-
nique & mortuos reddidit uitæ pristinæ. Ad nutum
eius elementa mutata sunt. Et qui in principio erat
uerbum apud deum, & per quem facta sunt omnia,
esurijt, ut nos pane cœlesti satiaret, de quo qui ederit, **Ioan. 6**
uiuet in eternum. Sitiuit, ut nos aqua illa potaret, de
qua qui biberit, nō sitiет in eternum, sed fiet in eo fons **Ibid. 4**
aque salientis in uitam æternam. Quid multis ē qui
morti debuit nihil, pro nobis mortem oppetiit. Mor-
tuis est autem propter peccata nostræ, & resurrexit **Rom. 4**

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

propter iustificationē nostri. Adeò nostra omnia in se
transtulit Christus, ut etiam peccata nostra, sua esse
Esaiae. 53 uoluerit. Sic Esaias loquitur: Et posuit dominus in eo
iniquitatem omnīū nostrū. Sic Baptista sanctus ostens
Ioan. 1 dens: Ecce, inquit, agnus dei, qui tollit peccatū mundi.
Hic talis ac tantus, solus innocentia sua in primū
splendorē, munditiamq; restituere potuit humanū ge
nus. Solus ad primā, & amissam per peccatū, dignis
tatem redeundi spem nobis facit. Solus romphæam il
Gene. 3 lam flammæā, & uersatilem, qua fores paradisi, ne
quis ligno uitæ appropinquaret impune, custodiebat,
dimouit. Solus collocatos, ante paradisum uoluptatis,
angelos inflectere potuit. Hic talis ac tantus, quia nul
lis affectibus carnis peccati infectus, nulli parti mag
is studuit, sed fideliter utriusq; causas agens, utrobiq;
promeruit laudem: & homini, ex iudice deo, patrem:
& deo, ex inimicis hominibus, amicos, atque adeò ex
seruis peccati, filios fecit iustitiae. Ardua res, nec cuiq;
facilis factu, inter duas omnino contrarias partes, ita
se rebus accommodari, ut nulli magis partū fuisse ui
deri queat reconciliator. Nos raro quidem ita reconcili
ationem contrariarū partium suscipimus, ut non alte
rius saltem inimicitias incurramus. At Christus ita
rem composit, ut non minus læsam à nobis partem,
quam nos, qui læsimus, perpetuo sibi amore deuinctos
reddiderit. Et pater quidem diligit filiū, sicut scriptum
est:

PRIOREM AD TIMOTH. 49

est: Pater diligit filium, & omnia dedit illi in manum. *Ioan. 3*
 Et nos nisi filium diligamus, frustra reconciliatū nobis patrem pollicemur. *Quemadmodū enim qui non honorat filium, nō honorat patrem qui misit illum: ita qui nō diligit filium, non diligit patrem qui misit illum.*
 Nos autem, ait Ioannes in epistola sua, diligimus eum, *1.Ioan. 4*
 quoniam ipse prior dilexit nos. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium dei, uitam non habet.
 Hunc quia pro nobis omnibus tradidit pater, quomodo Rom. 8
 do etiam cum illo nō omnia nobis donauit? Hic est secundum illud *Abrahā promissum, in quo benedicēdē essent Gene. 22*
 omnes gentes: id quod etiam Apostolus ad Galatas Gal. 3
 scribens diligenter obseruavit. Et ne quis per aliū forte, præterquam per Christū, accessum esse ad deum sibi persuaderet, ad Romanos scribens, admonet: *Iustifica* Rom. 5
ti, iniquens, per fidem, pacem habemus ad deum, per dominū nostrum Iesum Christū, per quem & contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiā hanc, in qua sumus, & gloriamur sub spē gloriæ dei. Et ne quis, posteaquam forte ad uomitū peccati per carnis imbecillitatem redire contigerit, dicat: peccavi, maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear, occlusa est mihi gratiæ ianua. Huic malo occurrens Apostolus in eadē ad Romanos epistola, consolatur iam lapsos, ne unquam ueniæ spem abijcant, quādo Christus intercessor pro nobis apud patrem esse uoluerit, qui partes nostras

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

nunquā nō fortiter tutandas suscepit, quem nunquā nō
Rom. 8 audit pater, dicens: Christus est qui mortuus est, imò
qui suscitatus est, qui etiam est ad dexterā dei, qui et
intercedit pro nobis. Eiusdem est sententiæ, quod in epi-

stola Ioannis legitur: Filii mei, inquit, hæc scribo uo-
bis, ne peccetis: & si quis peccauerit, aduocatū habe-
mus apud patrē, Iesum Christū iustum. Et ipse est pro-
pitatio pro peccatis nostris: nō pro nostris autem tan-
tum, sed pro totius mundi. Ipse præterea deus, illud,
reconciliandi peccatores, officiū, cum iuramēto tradi-
dit Christo, ne quid unquā posthac mali deo sibi cō-

Pſal. 109 ciperet peccatoris animus. Sic David dixit: Iurauit do-
minus, & nō pœnitabit eum, tu es facerdos in æternū,
secundū ordinem Melchizedeck. Qui secundū ordinē
Aaronis fuerant sacerdotes, legimus plures: at secunda-
rum ordinē Melchizedeck, præter unum Christum
nō legimus quenquā. Accedit & hoc ad maiorem dia-
gnitatem Christi, quod qui erant sacerdotes secundum
ordinem Aaronis, per mortem nō sinebantur perma-
nere in æternum: & quia habebant & ipsi infirmita-
tem, necesse fuit illis primum pro peccatis proprijs uis-
cimas offerre, deinde & pro peccatis populi. At

Heb. 7 Christus noster, ut in epistola ad Hebreos legitur,
quia manet in æternum, perpetuum habet sacerdotiū,
unde & saluos facere ad plenū potest, qui per ipsum
adeunt deum, semper uiuens, ad hoc ut interpellet pro
illis:

illis. Conueniebat autem ut qui reconciliationis munus susciperet, maius aliquod & esset & posset quam reli qui omnes, qui ex Adam contraxerunt peccati carnē. Si enim redemptor præterea nihil est aut potest aliud, quam quos redimendos suscepit, non video cur redemptor, redemptis melior esse queat. Sed quid dicit scriptura de Christo? Talis enim decebat ut esset nobis Ibidem pontifex pius, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & sublimior coelis factus, cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis pontificibus, prius pro proprijs peccatis victimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel, cum semetipsum obtulit. Et iterum: Christus accedens pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum, non manus factum, hoc est, non huius structuræ, neque per sanguinem hircorum ac vitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, æterna redemptione inuentata. Et paulo post sequitur: Ob id noui testamenti cœciliator est, ut morte intercedente, ad redemptionem earum prævaricationum, quæ fuerant sub priori testamento. Si qui vocati sunt, promissionem accipient æternæ hereditatis. Vbiq; scriptura sancta unū nobis pontificem proponit, qui solus sit potens summū nobis placare parentē. Accedamus igitur cū fiducia ad thronū gratiæ, Ibid. 4 ut cōsequamur misericordiā, & gratiā inueniamus ad Rom. 3 opportunū auxiliū. Hunc enim nobis proposuit deus

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

reconciliatorē per fidē, interueniente ipsius sanguine.
Hic homo Christus Iesu, qui dedit seme tipsum preciū
redemptionis pro omnibus: nō pro Iudeis duntaxat,
sed prorsum pro omnibus: idq; certissimo documento
testari uoluit mundo, dum missis in mundū uniuersum

Luc. 24 apostolis, prædicari iussit in nomine eius poenitentiā,
ac remissionem peccatorū in omnes gentes. Cuius lega-
tionis hic se Paulus præconem & apostolū dicit. Do-
ctorem uero gentiū se dicit, quia non iam iusticias legis
Mosaicæ, quarū ignari erant gentes, sed unam fidei iu-
stitiam, sola euangelica ueritate instructus, docebat.

Volo igitur orare uiros in o= (Sequitur:
mni loco, sustollentes puras manus ab-
que ira & disceptatione.

Vt cung; certamen sit inter Iudeos & Samarita-
nos super adoratione & cultu dei: certe Apostolus nō
in uno tantum Hierosolymis constructo templo, quod
Ioan. 4 Iudei uolebant: neq; in montibus, id quod peculiare fu-
isse olim Samaritanis, Ioannes Euangelista testis est:
sed prorsum in omni loco orandū esse censet Christia-
nis: quod nō sit locus, quem sua præsentia nō impleat

Matt. 6 deus. Neq; Christus aliam ob causam oratores suos pu-
blicum fugere, & secretū cubiculi petere uoluit, quām
ut ostentationem in operibus fugere nos doceret, quo
tum uitio impensis laborabant pharisei. Quod si ue-

Ibid. 5 ra non sunt quæ dico, cur alibi præcepit, dicens? Sic lu-
ceat lux

PRIOREM AD TIMOTH. 51

ceat lux uestra coram hominibus, ut uidant uestra bona opera, glorificantq; patrem uestrum, qui est in cœlis? Orandum igitur et in propatulo, sed sine ostentatione pharisaica: orandum & in abdito, sed ne mens in terris uagetur, sed sursum erecta, cupiditatibus carnis peccati uelut sub iugum redactis, seque totam, omnemq; illam peccatorum suorum miseriā, coram patre misericordiarum reponat: id quod in præsentia docet Apostolus, dum uiros in orationibus uult leuare puras manus, sine ira et disceptatione, hoc est, sine odio, et præ uo aliquo animi affectu erga proximum. Est autem sumpta metaphora à sacris decorum, ubi debebant omnia esse pura. Hinc dominus apud Esaiam sacra populi sui, tanquam impura abominatur: uictimas, holocausta arictum, & adipem pinguiū, & sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum: ne comeniam quoq; & sabbatum, aliasq; festiuitates, dicens: Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim uestræ sanguine plene sunt. Et nō solum orationem, sed ipsum etiam iciunium populi sui aspernatur, nisi animus ipse ab ira & disceptatione purus sit. Ecce Ibid. 58 inquit, ad lites & contentiones iciunatis. & reliqua, que apud eundem prophetā admodū longa oratione, cum Iudeis, tanquam aduersarijs, expostulans, loquitur dominus. Christus in Euāgeliō nō ante munus Matt. 5

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ad altare offerri uoluit , nisi reconciliato prius fratre.

Nam deus impune latus non est , si quando uim di-
candi libidine impatientius aduersus proximum in-

Mat. 6 surgimus . Sic dixit Christus : Si remiseritis hominibus
errata sua , remittet et uobis pater uester cœlestis .
Quod si non remiseritis hominibus errata sua , nec
pater uester remittet errata uestra . Nūc ergo uocantē
nos ad se , imò exhortantem , prouocantemq; nos ad
mutuam charitatem , audiamus ita loquentem domi-
num :

Esa. 1 Quiescite agere peruerse , discite benefacere .
Quærите iudicium , subuenite oppresso , iudicate puer-
pillo , defendite uiduam , et uenite , et arguite me dicit
dominus . Si fuerint peccata uestra ut coccinum , quasi
nix dealbabuntur : et si fuerint rubra quasi uermicula
lus , uelut lana alba erunt . Hæc integritas uitæ non
ab unis tantum uiris exigitur in oratione , sed et à mu-
lieribus , quas non tam ab ira et animi amarulentia
abesse decet , quam ab omni intemperantiori orna-
mento abstinere , maxime uero ubi tota se confert
ad orationem ecclesia : qua de re hanc Apostoli sen-
tentiam audire libet .

Consimiliter et mulieres in amictu
modesto , cum uerecundia et castitate or-
nare se metipfas , non tortis crinibus , aut
auro , aut margaritis , aut uestitu sum-
ptuoso ,

ptuoso, sed quod decet mulieres profi-
tentes pietatem per opera bona.

Vt qui abiectione est habitus, Christum profite-
tibus mulieribus non congruit: ita nec qui sumptuo-
sior est, decet. Et quae magnificentius comuntur, in coe-
tu sacro, facile impudicitiae patent. Dum enim sic co-
muntur, fieri nequit, quin in congregatione aut uideri
aut uidere uelint: quae mala, ut sapientes dixerunt,
passim comitatur frons meretricis, quae pudorem ne-
scit. Nam ut scriptum est: Fornicatio mulieris in ex- Eccl. 26
cellentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur.
Quin & mulier in ornatu meretricio descripta est in
Prouerbijs, garrula, uaga, quietis impatiens, quae ap= Prouer. 6
prehendens iuuenem deosculatur, ac procaci uultu
blanditur, decipiens animam illius. Nihil hic acerbi-
us dicam. Optarim ecclesiæ saltem unum Phineen, qui Num. 25
zelo gloriæ dei ductus, perfoderet impudicos. Quid
uelim, uos qui sapientes estis, intelligitis. Pudicitia in
muliere præcipuum ornamentum. Et quae pudicitiae
coniugali studet, facile ab immoderatis sumptibus ab-
stinet. Nam quia mariti sui est, nulli magis placere stu-
det: præter eundem non nouit alterū. Et ideo uiro data
est mulier, ut subiectam tanq; carnē propriā diligat,
non requirat alienam. Sic deus dixit: Erunt duo in car- Gene. 2
ne una: hoc est, denuo in unum redirent, qui paulò ante

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLE

unum fuerant. Nam nisi in unum redire iussisset, qui
unum fuerant, facile separatio occasionem dedisset al-
Ephe. 5 terius. Hinc illud Apostoli celebratur: Qui diligit suā
uxorem, seipsum diligit. Nemo enim unquā suam ipsi-
us carnem odio habuit: imò enutrit, ac fouet eam, sicut
& dominus ecclesiam. Et paulo post: Suam quisque
uxorem diligat tanquā seipsum: uxor autem reverenda
tur uirum suū. Porrò parum diligit maritū, parum
pudica esse conuincitur, quæ ornatu uestium mundo
placere gestit. Nam auro & margaritis, & uestitu
sumptuoso, castæ mulieris corpus non tam ornatur, q
prostituitur. Nihil æque ad irritandos uulgi animos
ualet, ac quod arte operosius comptum est. Mulier
quæ sollicita est ut pulchrior sit corpore quam mente,
ut mundo magis quam marito placeat, facile alienum
inflammatis animū. Semper est deformis, quæ naturali
pulchritudini, lenocinio suo, uim infert. Quid enim
est aliud, capillos mutare, faciem & oculos inficere,
speculum consulere, amictui aurū intexere, quam deis
donorum suorū accusare? quam matrem naturā cor-
rumpere? Quid liberū à deo creatum corpus, auro,
& lapidibus peregrinis oneratis? Si liberæ estis ò mu-
lieres, cur digitos premit aurum? cur catena liberam
constringit ceruicem? Quid tam preciosam ostenditis
luxuriam, si maritis uestris, imò si Christo etiam pla-
ceret studetis? Salis exculta est & Christo, & marito fe-
deli,

deli, quam cum pudicitia ornavit natura. Qualis præterea esse debeat Christianarū mulierū ornatus, dili-
gētissime, ut omnia, complexus est apostolus Petrus,
prioris epistole, capite tertio, ubi ornatū illum exter-
num minime probat, qui situs est in plicatura capillo-
rum, et additione auri, aut in palliorū amictu: uerum
is potissimum cōmendatur ornatus, ubi occultus, qui est
in corde, homo, careat omni corruptela, ita ut spiritus
placidus sit ac quietus, qui spiritus in oculis dei magni-
fica ac sumptuosa res est. Nam ad eum modū olim ex-
sanctae illæ mulieres sperantes in deo, combatabant sese,
et subditæ erant suis uiris, quemadmodū Sarra obedi-
uit Abrahæ, dominū illum appellans. Hoc esto etiam
num hodieq; castæ mulieris studium, haec cura.

Porrò non satis est, si habitus duntaxat externi ho-
nestate et pudicitia ab ethnicis secernantur Christia-
ne mulieres, nisi et pudicus et rarus sermo illas com-
mendet ecclesiæ: qua de re sic loquitur Apostolus:

Mulier in silentio discat cum omni
subiectione. Cæterum mulieri docere
non permitto, neq; autoritatem usurpa-
re in uiros, sed esse in silentio.

Silentium, promptæ ad descendū animæ signum est.
Quod si reperiantur mulieres quedam, que habeant
et intelligant, quod alios docere possent, non tamē ob-

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

id in publica congregazione, docendi partes sibi arroganter usurpent. Nam si indecorum est apud ethnicos, mulierem, doctoris partes in publicis concionibus sustinere: quām fœdum putabimus erit, in ecclesia sanctorum, ubi uiri conueniunt, si impudenter docendi præfecturam inuadat mulier? An non hoc est autoritatem usurpare in uiros? Mulieri dictum est à deo:

Gal. 3 Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Agnoscant imperium uirorum, agnoscant sortem suam, nec habitu solum, uerum etiam silentio fidem suam testentur. Hoc enim naturæ ordo requirere uidetur. Non

1. Cor. 11 enim est uir ex muliere, sed mulier ex uiro. Neq; conditus est uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Quod si quæ fortè immemores sortis suæ, impensis loquacitatis morbo laborare cœperint, quām ut facile mederi possint, illæ saltem meminerint quæeso præcepti illius, quod alibi Apostolus noster tradidit,

1. Cor. 14 dicens: Mulieres uestræ in ecclesijs fileant, nec enim permisum est illis ut loquantur, sed ut subditæ sint: quemadmodum & lex dicit: Quod si quid discere uolunt, domi uiros suos interrogent: nam turpe est mulieribus in cœtum loqui. Et meritò quidem. Nam sicut prior formatus est uir, deinde mulier: ita iuris dominandi primordia accepit uir, non mulier. Proinde si lapsum humanae naturæ inspicere libet, non uir, sed mulier

mulier magistra peccati facta est, ut iam non immerui^o
docendi munere priuetur, quæ prior uiro perditionis
doctrina imposuit. Sed Apostolum audiamus.

Adam, inquit, prior formatus est,
deinde Eua : & Adam non fuit dece-
ptus, sed mulier seducta, obnoxia fa-
cta est transgressioni : salua tamen fiet
per generationem liberorum, si man-
serint in fide ac dilectione, & sanctifi-
catione, cum castitate,

Formationem Adæ & Euæ, ex libro Genesie
didicimus. Nam posteaquam omnia pulcherrimo or-
dine instruxisset deus, & quasi florentissimum quod-
dam regnum, omnigenis refertum diuinitijs, mundum
hunc supraq; infraq; reddidisset splendidum, quem
tantis bonis præficeret, cui cuncta subessent condita,
quæ tellus, quæ continet aer & æquor, quasi rem ar-
duam aggressurum, ac uelut mature secum delibe-
ranti, sicq; dicentem deū, Moses introducit: Faciamus
hoīem ad imaginem & similitudinem nostrā, & præ-
fit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs, uni-
uersaq; terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra.
Et fecit deus hoīem ad imaginē & similitudinem suā,

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ad imaginem dei creauit illū, masculum & fœminam
creauit eos. & cætera quæ illic prosequitur de homine
Moses, donec uentum est ad id, quod serpens dixit ad
mulierē: Cur præcepit uobis deus, ut nō comederetis
ex omni ligno paradisi? Ad quod Eva sic respondit, ut
occasione dederit ruine. Hinc est quod hic ait apo-
stolus: Adam nō fuit deceptus, sed mulier seducta. hoc
est, mulier serpentis diaboli promissis credula, ac fru-
etus nō tam suauitate quam pulchritudine illecta, præ-
ceptum dei prior cōtempserit: ac deinde uirum intuita,
perniciosum illi fructum porrigens, una secum omne
mortaliū genus in exitium pertraxit. Porro non sic lo-
quitur Apostolus, quasi non etiam præuaricatus sit

Rom. 5 Adam: alioqui quomodo ad Romanos scriberet, quod
regnauerit mors ab Adam, usq; ad Mosen? Et ad Co-

E. Cor. 15 rinthios: In Adam omnes moriuntur. Sed hoc uoluit
indicare, quod præuaricatio primum apprehenderit
mulierem: deinde etiam uir, qui mulierem tanquā du-
cem comitabatur, peccatum contraxerit. Conueniens
est, ut quæ olim uiro dux & magistra erat ad pecca-
tum, nunc uirū sequatur ad salutem. Nihil est posthac
quod cuiusquā redeundi spem ad deum remorari que-
at. Deletum est chirographum peccati: latissima uia,
per mortem Christi, ad uitam iam patet omnibus. No-
lite igitur animū deijcere, ô mulieres, sed oculos uertis-
te iam potius à ruina, ad resurrectionē: à peccato, ad
gratiā:

gratiam: à morte, ad uitam . Nam et si docendi in cona-
gregatione facultas adimitur uobis, adhuc tamen am-
plissimus beneficiendi campus relictus est uobis. Nam
præter id quod probe curam geritis domus, etiam li-
beris gignendis, educandisq; ad gloriā & laudē noīs
dei, sedulō studiū impenditis. Omnia uobis , quæ uiris,
reseruauit deus. Una uobis fides, cum uiris: unū cū uis-
ris baptisma: unus utrisq; mediator, homo Christus Ie-
sus. Quorū primū illud cōmune uitæ Christianæ iusti-
tiam continet, sine ulla, uel sexus, uel conditionis acce-
ptione: reliqua amorem dei indiscriminatim & in uit-
ros, & in mulieres magnifice cōmendant . In summa,
docere in ecclesia mulieri nō conceditur: abunde felix
reputabitur, si quæ in fide Christi permanserit, si filia-
os suos in fide ac dilectione & sanctificatione, cum pu-
dicitia educatos, iugo Christi submisserit . Quæ dicta
sunt, nemo in dubium uocet, nemo desperet: fidelis ser-
mo, & haudquaquā temere uel falso prolatus ab Apo-
stolo, sed necessariō, sed pie, & iuxta mentem spiritus
Christi, qui est benedictus deus in secula, A M E N.

DISTRIBVTIO VII

SI quid unquā à Christo per apostolorum manus
acepit ecclesia , quod nullam temporis iniuriam
sentire conueniebat, illud præcipue unum episcoporū
in ecclesia eligendorū ius interire nō debuit. Sed ô tem-

Cap. II ANNOT. IN EPIST. PAVLI

pora, o mores. Eò hodie uentum est, ut non nisi tyranni, bellatores, scortatores, ambitiosi, quæstum amantes, ad hanc tam plenam sollicitudinis prouinciam irrumptant: fures scilicet & latrones, non per ostium in ouile Christi intrantes. Ex tam multis enim qui hodie sunt episcopi, mirum, si unum aut alterum inuenias, qui, ut par est, suscepto officio uitæ innocentia responseat. O utinam hoc unum, ex tam innumeris, quæ restaurationem desiderant, incorruptum, usque ad nostra tempora, ecclesiæ mansisset, ut eos duntaxat tam spectato muneri præfecisset, qui non dignitatis, sed officij: non quæstus, sed laboris: non tyrannidis, sed misericordiae desiderio ducebantur: aut qui alioqui longa uitæ consuetudine probati, per integratatem morum, Christianæ mentis documentum præbuissent. Non dubium quin haberemus iam rempublicam Christianam florentissimam, ac ciues cum studiosos rerum sacrarum, tum Christi & virtutis amantissimos: nuncq; eximio pacis bono frueremur, cum rationes dissidiorū omnes, in communem ecclesiarum concordiam, atque tranquillitatem temporum, commutatas esse uideremus. Non dicam quām inique agatur nobiscum, cum uiolatæ religionis iniuriam ferre, sanctissimas leges labefactari, autoritatem uere apostolicam perpetuis tenebris obrui, ac rursum emergentem Euangelij ueritatem ferro, flammaq; crudelissime impeti ab impijs, non tam

Non tam amaro animo cernere, uerum etiam impune
perferre cogimur. Porrò quia omnino restituenda est
iam multis modis deformata ecclesiæ facies, id nulla ar-
te facilius agemus, q̄ si primū qui primi uidentur in ec-
clesia, in uiam ueritatis, iuxta apostolicū præceptū, re-
ducantur. His enim cū pace in ordinē redactis, facile
uniuersa rerū Christianarū & summa & salus redia-
bit. Nam si qui præsunt uirtutē sibi præposuerint sco-
pum, necesse fuerit tandem capessendæ uirtutis uiam ina-
grediantur & qui subsunt. Quod quisquis nō intelli-
git, aut, quod iuxta est, negligit, frustra episcopi offi-
cium ambit, sic dicente Apostolo:

CAP V T III



I quis episcopi munus appe-
tit, honestum opus deside-
rat. Oportet igitur episco-
pum irreprehensibile esse,
unius uxoris maritū, uigi-
lantem, sobrium, modestū, hospitalem,
aptum ad docendum: non uinolentum,
non percussorem, non turpiter lucri cu-
pidum: sed æquum, alienum à pugnis,
alienum ab auaritia.

Vsu quotidiano compertū est, ut ea officia, quæ ho-
nestatem quandam præ se ferunt, non tantum à bonis,

Cap. III. ANNOT. IN EPIST. PAVLI

qui bene præesse sciunt: sed etiam à planè malis, quia
bus nihil est gubernandi scientia, incognitū magis, nō
nunquā appetantur: eoq; magis conantur esse qui illa,
quo lucrū inde cumulatus ad sese redire sperauerint.
Sic in republica plerunq; qui sunt ignauissimi, guber-
nacula rerum, magistratus, consulatus, tribunatus ap-
petunt: sic in ecclesia sanctorū, ut augustissimū, ita pe-
riculosissimū munus, diuini uerbi præfecturā, leuisissi-
mi quiq; nō raro cōcupiscunt: & quod dolendum ma-
gis, inuadūt nō infre quēter, ac impura temeritate sua
probris exponunt. Proinde qui ita præesse uolunt, ut
ne pro sint ulli, illis eripienda gubernacula rerū, ne ob-
sint multis. Quomodo autē irreprehensibilis erit, qui
pro cura & solitudine gregis Christi, uoluptates se-
statur? Et quomodo alios recte instituet, qui ipse pro
negocio, ocīū: pro labore, desidiū appetit? Olim cū pa-
lā in nos præstigijs suis debaccharetur philosophia:
cū armis aduersum nos dimicarent mūdi huius princi-
pes: episcopi Christianorū nihil non magnificū, nihil
non honestū moliti sunt. Etenim philosophiæ præsti-
gias, ualidis scripturæ diuinæ argumentis cludebant:
arma uero aut integritate uitæ, aut uirtute orationis
sacræ amouebant. Hinc illæ tot ad uirtutē capessendā
conscriptæ adhortationes: tot ad relinquenda uitia de-
testationes. Hinc reliqua illa clarissimorum uirorum,
uelut ex equo Troiano, reconditarū disciplinarū mo-
numenta.

numenta, prodierunt. Et recte quidem. Nam insurgen-
tibus subinde nouis quotidie in ecclesiam Christi, cum
errorum, tum persequotionū procellis, etiam si crimi-
ne uacet episcopus, non autem & affatum sacris lite-
ris, & reliquis honestis disciplinis imbutus sit, frustra
tanto oneri, inualidos humeros supponit.

Sed Apostoli uerba, nō quidem iuxta numerū, sed
iuxta pondus, ipsamq; sententiam expendamus. Sic dī-
cit: Si quis episcopi munus appetit, honestū opus de-
siderat. Munus episcopi, honestū opus appellauit: sed
illam dominandi alijs cupidinem, ut praeesse tantum,
nō autem & prodesse queas, honestū opus uocare au-
sus non est. Proinde ne quis temere, aut minus à deo
uocatus, ad tantum munus, illotis pedibus, ut dicitur,
irrumpat, meminerit quæso scriptū esse, neminem si-
bi p̄f̄ usurpari debere honorem, nisi à deo prius uoce Hebr. 5
tur: quemadmodū & Aaron: alioqui iudicium domini
haud quaquam effugiet, quisquis fuerit ille: sed uel turpi-
ter confusus, uel lepra perfidiæ cum Ozia percussus à 2. Paralip.
domo domini ei scietur. Nadab & Abiu filij Aaron, (26.
quia alienum ignem intulissent in templum domini,
quod non eis præceptū fuerat, egressus ignis à domi- Leui. 20
no, deuorauit eos, & mortui sunt coram domino. Cho-
re, & Dathan, & Abiron, quia impudenter contra Num. 16
Mosen, uocatum & missum illum à deo ducem popu-
li, loquebantur, terra sub pedibus eorum aperiens os

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis, & uniuersa substantia eorum. Et hi quidem ut impudentie arguantur, ita pusillanimitatis notatur Moses, qui no statim uocantem se deum sequutus fuerit. Nam post multa documenta, quibus uocationis suae certior fieri Exod. 3.4 poterat, dixit ad dominū: Obscero domine, mitte quem missurus es. Sed quid insert scriptura? Iratus dominus in Mosen, ait: Aaron frater tuus leuites, scio quod cloquens sit. & cetera que in Exodo prosequitur spiritus dei. Quod Hieremias ait: A, a, a, domine deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum: quibusdam modestiae ac uerecundiae uerba uidentur. At ego impudenter fecisse Hieremiam, iure quidem optimo, affirmauerim. Dum enim impudenter, ne dicam temere, detrectat officium uerbi in gentes, uoluntati diuinae contradicit. Quis autem tutò uoluntati dei resistit? Petrus resistet Christo, dicens: Non lauabis mihi pedes in æternum: Iohann. 13 audit: Si non lauero te, no habebis partem mecum. Et ad Hieremiam indignando loquitur dominus: Noli insu-
quit, dicere quia puer ego sum, quoniam ad omnia que mittam te, ibis: & uniuersa quecumque mandauero tibi, loqueris. Et prius cunctanti Mosi dixerat: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutuum & surdum, uidentem & caecum? Nonne ego? Proinde sapienter Esaiæ. 6 Esaiam fecisse intelligo, qui mox ut audiuit: Ecce testigii labia tua, & auferetur iniurias tua, & peccatum tuum.

tuum mundabitur: percontanteq; deo, ac dicente: Quē
 mittam? & quis ibit nobis? necdum satis intelligeret,
 quid ei iniuncturus esset deus, omni prorsus proscria-
 pta pusillanimitate, constanter ait: Ecce ego, mitte
 me. Noluit propheta sanctus acceptæ gratiæ per so-
 cordiam deesse: noluit talentum uerbi sancti in terram
 defodere. Vnde contemptis periculis, quæ uera dicen-
 tes plerūq; comitantur, intrepide sese omnibus infe-
 rorum portis opposuit, modò placeret diuinae uolun-
 tati. Non dico quasi naturæ beneficio tanto muneri
 sufficeret: sed quia gratiæ consequitus, quia ablatam
 esse sibi iniquitatem auduit, ministerium suscepit. Sic
 Paulus ultro se offert, dicens: Domine, quid me uis fa- Acto. 9
 cere? Vnde etiamnum hodie si quispiam non sua quæ-
 ren, sed quæ Iesu Christi, sed quæ proximi, episcopas-
 tum appetat, quia honestū opus desiderat, & quia nō
 minus prodeſſe, quām p̄r̄eſſe desiderat, nemo studiū
 illius iure, tanquam impium, calumniabitur.

Porrò quemadmodū qui gestis maiorum nostrorū
 rebus impensis delectantur, illorūq; imagines in ta-
 bulis, tanquā ad uirtutem incitamenta quædā, posteri
 tati transmittere student, eos sibi eligunt pictores, qui
 quamproprijissime, ut sic loquar, ipsas rerum facies,
 subiçere queant hominū oculis: Ita qui ecclesiæ guber-
 nacula suscipiunt, nō tam boni sint, quām optimi opor-
 tet, ut à quibus toti simul congregationi, cœu quadā ex

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

tabella expressam Christianæ uitæ imaginem, petere
liceat. Certe haud parum refert, ut is, qui præficitur
multitudini, uacet omni crimine: hoc est, ne ullam ca-
lumniandi uitam suam, mundo præbeat occasionem:
alioqui nihil utilitatis in ecclesiam redundat, ubi dissi-
det uita cum oratione doctoris. Cum autem et pudia-
citia cõmendet doctorem, ideo dicit: Vnius uxoris ma-
ritum. Olim sub lege expectantibus ueritatem adhuc
euangelicā Iudeis, ut filios quāplurimos procrearet,
plures simul habere uxores permisum est. Quod ho-
die factum, apud eos qui Christo nomen dederunt, non
caret impudici cordis suspicione. Nam eò tendere uide-
tur, quō solent ea que casto illi Christi et ecclesiæ cō-
iugio contraria semper ab optimis quibusq; sunt exis-
timenta. Voluit igitur Apostolus, episcopū esse unius
uxoris virum, nō Iudaica cōmaculatum intemperan-
tia, non gentili confuscatū scortatione. Neq; ob id à
secundis etiam nuptijs exceptit episcopum, modò relis-
quis dotibus non etiam destituatur episcopo dignis.
Verba epistolæ sic habent: Μῆτρες γυναικός ἀνδροῦ.
De viro unius uxoris loquitur, nō qui semel duntaxat
nupserit. Hodie in hac una re ultro citroq; contendis-
mus: an episcopus, mortua uxore priore, ducens alte-
ram, arcendus sit ab officio, an securus. Cur aliarum vir-
tutum tam nullam habemus rationem, cum eas omnes
in omnibus quidē Christianis, cumulatim uero in epi-
scopo

Scopo requirit Apostolus? Non est uir plurium uxorum, qui defuncta priore, alteram duxerit. Sic enim alio loco de uiduis & incōjugatis loquitur Apostolus: Quod si se nō continent, inquit, contrahant matrimoniū. Nam satius est matrimonii contrahere, quām uiri. Et iterum: Solutus es ab uxore? ne quāras uxore? quod si duxeris uxorem, non peccasti. Dixerat enim prius: Propter stupra uitanda, suam quisq; uxorē habeat, & suum queq; uirum habeat. A qua lege uiduū episcopum nō excludimus, neq; ab officio propterea arcendū ducimus, nisi quem fortē iterati coniugij vinculum à charitate remoretur, aut alioqui segniorem plus aequo reddiderit in ministerio uerbi.

Neq; hoc solum, sed & uigilare debet episcopus. Debet enim sic mente habitare secum episcopus, ut nunquā custodiam suam deserat, sed semper uigilans, undiq; omnia prospiciat, ne qua parte hostis obruat incautos. Ideoq; tales speculatores dicti sunt, quod scilicet episcoporū munus fit uigilare pro populo priuatum: deinde & annunciare, arguere quoq; & increpare, exhortariq; si quando uiderint impendentē certicibus populi, gladium irae dei. Sic dominus ad Ezechiel loquitur, dicens: Fili hominis, speculatorē dedi te domui Israël. & cetera.

Sobrium, σώφρον. Modestū in rebus agundis significat. Sic Apostolus omnibus fit omnia, ut omnes I. Cor. 9

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

lucrificiat Christo: id tamen ea modestia facit, ne testes dei oculos offendat. Vult itaque episcopi animum à uoluptatibus & cupiditatibus obscenis liberrimum esse, quique omnia honeste & tranquille etiam in oculis mundi agat. Unde quemadmodum defectus, ita excessus quoque in uitio numeratur. Etenim defectus, propter imbecillitatem suam, ab omni prorsus preclarissima actione repellitur. Excessus autem, uitium magis omnibus intractabile, quia nullum recipit modum, diuturnus esse non potest. Hinc illa apud Horatium sententia nihil est celebrius:

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultra, citraque, nequit consistere rectum.

Sequitur: Modestum. κόσμιον, id est, moratum. Hoc dicit: talis sit in illa communis uitae conuersatione, ne cuiusquam offendat aspectum: ne unquam in honestum designet: ne grauitatem remittat.

Hospitaliter. Magnum donum in ecclesia Christi hospitalitas. Quandoquidem cum Christiana charitas quamlatissime pateat, non illos solum, qui assidue illi conuersantur: uerum etiam illos, qui propter iustitiam peregre alio se recipiunt, tanquam sua membra agnoscit, iuuat, diligit. Huius officij partes suscipere nos Pet. 4 admonet etiam Petrus, dicens: Hospitalites estote erga uos inuicem, sine murmuratione. Et auctor epistolæ ad Hebr. 13 Hebreos: Hospitalitatis, inquit, ne sitis immemores.

per

PRIOREM AD TIMOTH. 60

Per hanc enim quidam inscientes, exceperunt angelos hospitio.

Aptum ad docendū. οὐδὲ ἀκτινόψ. Non satis est ei, qui ecclesiæ præest, iuribus multis præcedere multitudinem vulgi, nisi etiam recte ac prudenter instructus fuerit ad docendū, quæ sunt spiritus dei. Vnde Christus apostolos suos vocauit sal terre: ac deinde Matt. 5 post resurrectionem à mortuis, aperuit illis sensum, ut Luc. 24 intelligerent scripturas, ne scilicet uel insipienter tractarent scripturas, uel errores afferrent mundo. Ne porro in hoc officio segnior esset Timotheus, alio loco illum ad idipsum constanter subeundum abhortatus est: Stude, inquiens, te ipsum probatum exhibere deo, 2. Tim. 2 operarium non erubescendum, recte secantem sermonem ueritatis. Sic ad Titum scribit etiam: Ut, inquit, Tit. 1 potens sit exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes conuincere. Egregia dos, neq; alia ecclesiæ sanctorum tam necessaria.

Non uinolentū. πάρειον. quasi dicas uino deditum. Qui enim uini auditate capiuntur, nonnunquam immittius contra peccantes insurgunt. Olim lege caustum erat. ne sacerdotes, imò ne sumimus quidem pontifices, cum accederet ad altare, uinū biberent. Hoc quid aliud est, q̄ quod hic repetit Aposto. uolens ministros ecclesiæ sobrios esse & uigilates, neq; multo uino seruientes, maxime autem cum ad exorandū dominū ecclesia

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Prouer. 13 conuenit? Non præteribo hic Salomonis præceptum.
Ne intuearis, inquit, uimum quando flauescit, cum pel-
lucet in uitro color eius. Ingreditur blande, & in no-
uißimo mordebit ut coluber, & sicut regulus uenena
diffundet. Est itaq; Apostoli sensus, ne quid inbone-
stius designaret episcopus, calore uini accensus: ne se
uioribus in delinquentes debaccharetur uerbis, sed le-
nitate potius & mansuetudine, exemplo Christi, pec-
catores in uiam reduceret.

Non percussorem, μὴ πλύκτλω: quod ad impro-
bitatem conuiciatricis linguae magis pertinet, quam
ad manū uiolentiam: atq; huic sententiæ subscribunt
etiam græcanica scholia: percussorem hic non esse
eum, qui manibus affligat quenquā, sed qui intempe-
stiuē incessat, & fratribus percellat animos.

Non turpiter lucri cupidū. Qui tales sunt, amare
quidem perstringuntur apud prophetas: præcipue
Ezech. 34 ro apud Ezechiēlem, cap. 34. V. e pastoribus Israēl,
1. Pet. 5 qui pascebant semetipsos, &c. Et Petrus apostolus
ait: Pascite quantū in uobis est gregem Christi, curant
illius agentes nō coacte, sed uolentes: nō turpiter affe-
ctantes lucrum, sed propenso animo: neq; ceu domi-
nium exercentes aduersus clerros, sed sic ut fitis exem-
plaria gregis.

Sed æquum, alienū à pugnis, alienum ab auaritia.
Aequus esse dicitur, qui in nullam magis partem decli-
nat:

PRIOREM AD TIMOTH. 61

nat: qui ita iustitiae amore rapitur, ut tamen misericordiam, siue mansuetudinem in puniendis peccatoribus, non exuat: neque ita misericordiae deditus est, ut iustitiae rigorem amittat. Dum enim iustitia misericordia exacerbit, non iam iustitia, sed crudelitas, non nunquam uero & immanitas appellatur. Et misericordia dum iustitiam perdit, contemnendi deum hominesque ianuam aperit. Vnde quod inter utrumque seruatur, ueteres aequitatem appellantur. Qua sit, ne quo modo per misericordiam punire contemnat episcopus publice facinorosos, ne ue nimiae seueritatis, misericordiam exuens, arguatur. Talem aequitatem ubique requirit dominus, ab omnibus qui puniendis aliorum delictis constituuntur. Hinc iesu toties apud Mosen repetitae leges: Non declinetis Deut. 2 ad dexteram, neque ad sinistram. Et: Quod iustum est iudicare, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: nulla erit distanta personarum. Et iterum: Iudices & magistratus con Ibi. 16 stitues in omnibus portis tuis, quas dominus deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Id enim demum recte exequi poterit episcopus, si etiam a contentionum pugnis quam longissime absit: si nihil per iram aut precipitantiam designauerit: si prorsus ab omni auaritia argenti & auri alienus fuerit. Porro quomodo contenderet, qui cum sequitur, qui ne contendet mortem pro nobis oppetiunt? Aut quomodo qua-

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ritiæ studeret, qui omnia præsentis uitæ commoda prodamnus dicit, ut Christū lucrificat: Sed hæc ueterum episcoporū ornamenta. Hodie pæsim in aulis episcoporum scorta, pro uxoribus uisuntur: intemperantia, pro sobrietate ac modestia: expilationes, pro hospitalitate: uenationes, pro salutari doctrina: perpotationes, pro ieiunio et uigilantia: interdū etiam summae castitatis loco recensentur, nocturnæ illæ ac semper cōfuetæ deuirginationes. Cæterū orandus nobis est dominus, ô fratres, ut quia missis multa est, ipse gratia & benignitate sua, operarios uere apostolicis dotibus instructos, in messem suam mittere dignetur: cui honor & imperium in secula, AMEN.

DISTRIBVTIO VIII

Necdum omnes episcopi Christiani dotes enumerauimus. Restant quædā, quas utinā tanto fructu enarrare ualeā, quanto studio animus meus in hoc incūbit. Atq; utinā quemadmodū exterior ille noster homo corrūpi, internus uero renouari dicitur, in dies singulos: ita quæ nunc est ecclesiæ facies paulatim intereat, donec plene renouata, ac in pristinā munditiam restituta, sponso suo, fidēter in occursum uenire, & queat, & audeat. Sed uereor ne plus operis sit hac in parte, has iam inueteratas maculas & rugas pelleat, q; proponere. Nam ea est hodie conditio eorū omnium, quæ instaurationem in ecclesia desiderant, ut citò quidē

quidē ab optimis ad pessima defecerint: ut autem reficiantur, longo tempore, multo labore opus est. Quod dico, facile probabit, quisquis intellexerit, q̄ facilis sit à uirtute ad uitia descensus: ac rursum q̄ sit arduum à uitis ad uirtutis culmen ascendere. Proinde episcopi munus, quia nō est popularē, nec ostētationi obnoxium, nec in uerbis, sed in operibus, nō in auratis pallijs, aut tyaris gemmarū pōdere onustis, sed in sanctitate sp̄ritus consistit, quo magis à primo & archetypo candore degenerauit, hoc magis insistendum, ut restituatur. Quod tum recte fieri dicemus, si hi tantū administrandis ecclesiae rebus præficiantur, qui præter cæteras egregias uirtutes, quibus ornati esse debent episcopi, etiā illud ad cumulum uirtutum suarum adiiciunt, ut domibus suis bene præsint: id quod, Apostolo sic referente, cognoscere licet.

Qui suæ domui, inquit, bene præsit: qui liberos habeat in subiectione cum omni reverentia. Quod si quis propriæ domui præesse non nouit, quomodo ecclasiam dei curabit: Non nouitium, ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet aut̄ illum & bonū habere testimonium ab extraneis, ne in probrū incidat, et laqueū calumniatoris.

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Solent quibus minora reipublicæ munia cōmittuntur, si ea cum laude gesserint, ad maiora deinceps uocari: nempe quod per hæc minima toti cōmunitati eius dens integratatis suæ documentū præbuerint, quibus tutò iam credi posse totius reipub. & summa, & fæluis. Qui porrò in his minutioribus officijs indiligenteriores fuerint reperti, hi, ne apud ethnicos unquam, ut maioribus præcessent, locum habuerunt. Iam uero quo modo totius ecclesiæ gubernacula, infirmis humeris, sustinebit, qui nō sedulò propriæ domus curam gesserit? Qui paruæ familiæ suæ nō sufficit, quomodo toti simul congregationi sufficiet? Qui domesticos non curat, alienos curabit? Christus in Euangelio dicit: Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est: & qui in minimo iniquus est, is & in multo iniquus est. Moses

Luc. 16 in ædibus saceri sui prius exerceatur, ac deinde ducatus illi, populi Israël, à deo cōmittitur. Joseph imperium

Exo. 4 Aegypti nō ante suscepit, quām fides illius in administra re domestica, Pharaoni innotuisset. Quid san-

Gene. 41 etius Dauidē? at qui is diligentem prius nauauit operam domi apud patrem, nec ullum, pascendis ouibus, laborem recusavit: eratq; in priuatis illis domus paternæ rebus, haud indiligerenter edoctus. Deinde cum Deo

Opt. Max. placuisse, præter spem & expectationē, & patris & fratrum omnium, à propheta, sanctissimo il-

Matt. 25 lo Samuele, in regnum ungitur. Christus bonos & fi- deles

PRIOREM AD TIMOTH. 63

deles seruos uocauit, qui in paucis sp̄ctat̄ fidei docu-
mentum dederint: ideoq; maioribus præficiendos di-
gnos censuit. Eam similitudinē sequutus Apostolus, di-
cebat: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, &
dispensatores mysteriorū dei. Quod superest autem,
illud requiritur in dispensatoribus, ut fidelis quis repe-
riatur. Si dispensatores alienæ familie sumus, nempe
Christi: unde monarchia illa in domū Christi irrep̄sit,
qui dicebat: Regnū meum nō est de hoc mundo: An nō Ioan.18
deus idoneos nos fecit ministros (non reges, non satra 2. Cor.3
pas) noui testamenti? Quid strepitus illi, quid pompæ
faciunt in regno Christi, ubi omnia spiritualia esse
perhibentur? Petrus ne Cæsarem egit, aut monar-
cham: qui audiuit à Christo: Non ita erit inter uos, sed Matt.20
quicunq; uoluerit inter uos magnus fieri, sit uester mi-
nister: & qui uoluerit inter uos primus esse, sit uester
seruus. Sicut filius hominis nō uenit ut sibi ministrare-
tur, sed ut ipse ministraret, & ut daret animā suam re-
demptionem pro multis. Christus ultro oblatos ei ho-
nores contemp̄it: nam & rex fieri noluit. Minister Ioan.6
obtinebit, quæ tantopere fastidiuit dominus eius? Do-
minus crucem ferre uoluit, minister in delicijs uersabi-
tur? Mortificare membra nostra iubemur, quæ super
terram sunt: nos immersi uoluptatibus, diuinas admo-
nitiones audire contemnimus? Non feret deus posthae
tantam seruorū suorum arrogantiam, impudicitiam,

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ignauia. Nā mox ut lassati fuerint in via iniquitatis et

Matt. 24 perditionis, uetus est dominus, in die quo nō expetat, et hora qua ignorat, & dissecabit eos, partēq; illorū ponet cū hypocritis. Illic erit ploratus, et stridor dentū. Sed redēamus ad Apost. uidemusq; quid p̄terea requirat ab episcopo. Qui, inquit, liberos habeat, in subiectione, cū omni reuerentia. Voluit à principio deus, ut probe educarentur liberi, sicut Moses dixit.

Deut. 4 Ne obliuiscaris uerborū quæ uiderūt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ. Docēbis ea filios ac nepotes tuos, &c. Porro illi parebūt alieni, cui filij subiecti detrectantur. Quo pacto totam ecclesiā moribus sanctis instituerit, qui filios suos intēperantius uiuere permittit. Quid putas utilitatis allatus est ecclesiæ, è cuius domo cæteris peccatorū pro-

Eccle. 7 dūtur exēpla. Nō frustra dixit quidā: Si filij tibi sunt, erudi illos, et curua illos à pueritia illorū. Et recte qui dem. Neq; enim parū est sic uel sic assūescere à uiuenc-

Prover. 22 tute. Imò prouerbium est, ait Sal. Adolescēs iuxta uiam suā, etiā cū senuerit, non recedet. Bonū autem uiro, cum

Thren. 3 portauerit iugū domini ab adolescentia sua. Quod cō siderans Tobias, dicebat ad filiū: Fili, inquit, omnibus

diebus uitæ tuæ in mente habeto deū, & caue ne alii quando peccato consentias, et pretermittas p̄cepta dei nostri. Turpe erat apud Lacedæmonios, si cuius liberi patrios mores minus referrent. Et qui honesta pro

PRIOREM AD TIMOTH. 64

pro reipublicæ in columitate, subire detrectassent, extrema ignominia reputabunt dignos : nec tanquam suos agnoscebant, qui forte pedem retulissent, nec pro patria dignitate pugnando aut uicissent, aut fortius occubuerent. Celebratur quoddam mulieris Spartanæ admodum elegans, ac fortissima matre dignum, Epigramma. Nam audiens filium turpiter reliquise aciem belli, indignitate rei permota, occurrentis, manibus maternis uitâ illi ademit. Epigramma hic subscriptum :

Γυμνὸρ ἴδεσσα λάκαινα παλίντροπορέκ πολέ
παῖδες ἐστάτησαν ὄνκυμ ἵεντα πόδα. (μοισ
αντίγ σιξασσα, διηπατθήλαστε λόγχη,
ἄρρενας ἔνεαμδιη φύγωμ ἀπηταμδιω.
ἄλλο τιορ σπάρτας ἐπεν γένος, ἄρρε πόθ' ἄδαμ
ἔρρ, επεὶ οὐδέσσω πατρίδα, οὐ γνέταμ. Hoc est

Filium ut ex acie nudum conspecta Lacena,

In patriam celeres ferre subinde pedes:
Progredens contrâ, atq; hasta nati ferit hepar.

Hæc super exanimem, uerba habuit, puerum:
Non es Spartanum genus, i. pete tartara dixit,

Quando es mentitus nempe patrem & patriam.
Quod si tantus fuit olim, apud incredulas gentes, fal-
se uirtutis honor, ut summo uituperij loco ducerent, si
quando in filijs, patriæ honestatis nulla cerneretur ues-
tigia : quā putabimus excusationē habebit episcopus

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

(à cuius doctrina pendet reliqua multitudo) qui filios
habet inobedientes, raptores, impudicos, quales Heli
1. Reg. 2. 3. sacerdos domini, habuisse filios scriptura testatur.

¶ 4 Quorū violentum sacrilegiū, ac sacrilegam uiolentia
cum frigidius quam paternam potestatem conuenie-
bat, increpasset, iuxta uerbū quod ei dixerat uir dei,
uno die, duo filij Ophni & Phinnes, mortui sunt. Ipse
quoq; Heli de sella corruens retrorsum iuxta ostium,
fractis ceruicibus, mortuus est.

Non nouitium, ne inflatus in conde-
mnationem incidat calumniatoris.

Nέόφυτος, quasi dicas nuper plantatum. Sic enim
uocat eum Paulus, qui haud ita longe antè per baptis-
mī gratiam corpori Christi implantatus esset. In Ro-
manis σύμφυτος, hoc est complantatos uocauit eos,
qui in morte Christi baptizati sunt. Proinde eum qui
nuper uel ex gentibus, uel ex Iudeis ad fidem Christi
concessisset, ne ecclesiastico muneri præficeretur sapi-
entiissime cauit Apostolus. Aut enim qui rudis adhuc
erat, rerum Christianarū efferre se poterat insolentia-
us, ac plus æquo placere sibi, quasi unus ipse et solus
in oculis dei dignus repertus sit, qui breui temporis
usu, in ipsos usq; secretiores religionis nostræ adyutus
admitteretur, ad quod nondum reliqui longa spiritus
exercitatione peruenissent: quasi beneficiū daret Chri-
stianis, ac nō potius acciperet ab eis. Sed esto sane, ut
uir quissimā

PRIOREM AD TIMOTH. 85

uir quispiam bonus uel ex Iudæis, uel ex gentibus ad Christū cōcedat, nisi tamē uitæ integritate conuersio-
nis sue specimē præbuerit, nisi lōgo tēpore discipulus
verū Christianarū fuerit, non poterit illi tutò doctoris
officium committi. Porrò si hoc ipsum contemnatur
Apostoli præceptū, habent & gentes, & Iudæi (ex
his enim olim vnoq[ue] p[ro]pt[er]ti) quod & religionem nostrā
rideant, & sortem Christianorum miseram dicant, ut
qui neminem inter nos habeamus, cui tutò ecclesiæ cu-
ram tradere possumus. Atq[ue] hæc uoluit Apostolus cū
diceret: Ne inflatus incidat in condemnationem calu-
mniatoris. Qui enim plus iusto in superbiam effertur,
calumniatorum lingua[rum] haudquaquam effugiet. Se-
quitur in epistola:

Oportet autem illum & bonum ha-
bere testimoniu[m] ab extraneis, ne in pro-
brum incidat, & laqueu[m] calumniatoris.

Non hoc dicit, quasi non posint aut debeant calu-
mniari increduli doctrinā euangelicam, cum ipsum-
met Christum calumniati sint Iudæi, dicentes: Seducit
turbas: cōmouit populum à Galilæa usq[ue] huc. Sed ne
porrò illi, qui cōstituendus est episcopus, impingi pos-
sit publicū crimen, ne per calumnia[rum] iure impetri poscit
ut homicida, aut fur, aut facinorosus, aut alienarum re-
rum curiosus, quemadmodum dixit apostolus Petrus. 1. Pet. 4.
Cuius in hac parte, uel uita, uel doctrina impetratur,

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ecclesie præficiendus nō est. Huiusmodi aut̄ constitū
episcopus debet, qui æque apud inimicos atq; amicos
omni criminis suspicione careat. Neq; hoc dicens, ex
clusit eū, qui diu iam in Christianismo spectat̄ cū con
uersationis, tum eruditionis specimen præbuerit, au
t̄ etusq; salutari iam doctrina, sustinendis rebus ecclesie
sufficere queat: modò ab inimicis, à quibus iam pridem
ad Christū transferat, testimoniu bonū cōparatū habe
at. Neq; id satis ab eo qui ecclesie præest, ut ipse per
innocentia uit̄ omnibus cōmendetur, nisi et ministros
habeat tales, qui perinde ac ipse, à criminibus sint
alieni: quod his uerbis ostendit Apostolus, dicens:

Ministros itidem compositos, nō bi
lingues, nō multo uiino deditos, nō tur
piter lucri auidos, tenentes mysteriū si
dei cum pura conscientia: atq; hi proben
tur prius, deinde ministrent sic, ut nemo
possit illos criminari.

Vult per omnia respōdere moribus episcoporu
aconos, ac primū ne sint bilingues admonet. Nā qui ta
les sunt, dolo et fraude nō carent. Vult aut̄ Apost. mini
stros ecclesiae cōstātes esse in uerbis et operibus, nec ut
arundinē à uento agitari, neq; ex illis esse, de quibus
Psal. 13 dicitur: Linguis suis dolose agebat, uenenū aspidū sub
Esaie. 5 labijs eorū: qui dicūt bonū malū, et malū bonū: ponē
tes tene

tes tenebras lucē, & lucē tenebras: ponentes amarū in
 dulce, & dulce in amarū. Apud Salomonē, diuina sa- Prover. 8
 pientia, os bilingue & que detestatur, ac arrogantiā, su
 perbiā, et uiam prauā. Et alius, hæreditatē bilinguū Eccl. 6
 cum peccatorib. & inuidis posuit, dicens: Improperiū
 & contumelīā malus hæreditabit, et omnis peccator,
 inuidus & bilinguis. Iacobus in epist. sua, taliū hoīm Iacob. 3
 lingua, incoercibile malum uocare nō erubuit, ut que
 plena sit ueneno mortifero. Nūquid fons ex eodē foras
 mine emittit dulcē & amarā aquā? Nūquid potest fra
 tres mei, ficus oleas gignere, aut uitis ficus? Sic nullus
 fons saltam & dulcē potest edere aquā. Bilingues nūc
 uituperat, quē paulo ante laudarāt: nunc palam eue
 hunt, quē clām uirulentis linguae spiculis impetū: pa
 lam amicitiā simulat, clanculum insidias struunt. Vir
 dupli animo inconstans est, in omnibus uijs suis. Et
 à bilinguibus nihil minus cauendum. Admiratus est
 olim Satyrus (si Aniani fabulatoris apolo go credi
 mus) hoīem, nec uitae illius consuetudinē diutius ferre
 potuit, quod illā ex uno ore, & calidū, & frigidū spi
 rare cōperisset. Nos illi ministeriū in pauperes cōmit
 temus, qui inconstantia lingue p̄reditus est? Olim non
 nisi optimi ciues p̄ficiebantur ecclesiæ bonis, qui ea
 fideliter in eleemosynam pauperum distribuerent.
 Qua in re ipsi apostolos, ut uerbo salutis commodius
 inuigilarent, subleuarunt: cuius rei adhuc uestigium in

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Acto. 6 Actis apostolicis legere licet, capite sexto.

Non multo uino deditos. Non solum à temulentia abesse ministros uoluit, sed et si minus inebrientur, tamen ab immoderatiore uini usu abstinere, quod immo dicia uini auditas, animi neruos, ad omne opus preclarum, reddat imbecilliores. Diuinæ sapientiæ præceptum est, ne reges immodice assuescerent uino:

Prouer. 31 forte, inquit, bibant, & obliuiscantur iudiciorum, mutent causam filiorū pauperis. Quod hic nō mindari studio à ministris sanctorū requirit Apostolus: adiens etiam, ne turpiter lucrum quoquo modo per auiditiam sectentur. Nam qui animū suum priuatis lucris addictum habet, difficilime puras manus, ab ecclesiæ bonis, retracturus est. Meimentote quæso Acham illius,

Iosue. 7 us, qui precio spoliorū ex Hiericho congregatorū ille claus, contra mandatū domini de anathemate sibi clam usurpauerat quædā: quem ob id, ad uerbū Iosue, uniuersus Israël lapidibus obruit. Memētote Giezi illius,

4. Reg. 5 qui plus iusto lucrū sequutus, à Naaman Syro, argentū & uestes mutatorias, præter mentē Hclisei domini sui, accipiens, lepra percutitur. Sic hoc loco turpiter lucri auidos, auaros intellige, & pecuniae inhiantes.

Cæterū quod ait: Teneentes mysteriū fidei, cum p̄ra conscientia: idem est cum eo, quod suprà capite primo dixerat: habens fidem & bonam conscientiam, qua repulsa, nonnulli circa fidem naufragiū fecerunt.

Hoc est

Hoc est, ut per fidem firmati, nihil dubitent de promis
sis dei: & ut fidei bono, uitæ quoq; innocentia responsa
deat. Cohærent enim fides & bona conscientia, ita ut
si fidem amittas, conscientiam synceram perdideris
oportet. Qui autem fidem inconcussam & consciens
tiam bonam coniungunt, hi neq; dicunt aliud, neque
agunt quicquā, quod nō prius in corde per fidem sen-
tiunt. Est enim fides sensus misericordiæ dei, quo qui
caret, conscientia pericitetur oportet. Ideo apostoli.
septem spectatæ probitatis viros, plenos spiritu san-
cto, & sapientia, huic negocio præfecerunt. Quemad
modum autem prudens quispiā paterfamilias, nō sta-
tim empto à se seruo domus suæ curam demandat, sed
multo hunc prius tempore explorat, an probus, an
improbus appareat: ita in eligendis sanctorum minia-
stris, nulli protinus committenda bonorū ecclesiæ ad-
ministratio, nisi post acceptum baptismū, fidem suam
diu iam coram ecclesia, integris moribus manifestam
ficerit. Sic nec episcopū ferre uoluit, qui esset neophy-
tus. Ac ideo ait: Probentur prius, deinde ministrent
sic, ut nemo possit illos criminari: quod in superioria
bus copiose etiam ab episcopo requisiuit, quem cum
omni prorsus ecclesiæ familia irreprehensibilem esse
uoluit, non tam in oculis mundi, quam dei. Cui præce-
pto etiamnum hodie ex æquo parere debemus & pri-
uatim singuli, et publice uniuersi, per Christū dominū
nostrū, A M E N.

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI
DISTRIBVTIO IX

HAud sibi Apostolus satisfecisse arbitratus est, si episcopis duntaxat, & reliquis ecclesiæ ministris certa quædam officia, ceu regulam uitæ quandam præscriberet, nisi etiam liberos & uxores illorum ad honestæ uitæ conuersatione instituisse. Nam ea est hodie mortalium conditio, ut tametsi doctor ipse per se modestia uitæ edificet, ac in infinitum uerbis de uirtutibus differat, nisi tamen & uxor, & familia, eam doctrinam per opera expresserint, non tantum sermone suo prodest, quantum nocet intemperantia domesticorum. Si uero & ipsa familia uirtutem uerbi sancti per opera testatur, dignus fide censemitur episcopus, ad ea invitans reliquos, à quibus non abhorret ipius familia. Quod si familia nostra peccatis adhuc capitur, nec ut liberetur studemus: qui alienum admonebitur, ut peccatum aliquod declinet? Quomodo spoliatum & vulneratum, ut in euangelica historia traditum est, cum Samaritano, recte curabimus, qui nostra & nostrorum vulnera non curamus? Videndum potius, ne sauciatur proprio morbo, peccatis nostris occidamus: dum ad poenitentiā prouocamus alios, dum spem salutis, & misericordiā dei patris promittimus, ipsi securi interim in via peccatorum ambulantes, neq; spem ultra quam salutis concipimus, neq; misericordiæ dei abyssum consideramus. Poterit autem hæc omnia, eo efficiens

catus cæteris commendare episcopus, quo magis uxor illius ad Apostoli præceptum, moribus sanctis, accesserit. De quo sic scriptum est:

Vxores similiter modestas, non cœlumniosas, sobrias, fidias in omnibus.

Felicissima surgentis adhuc ecclesiæ tempora fuerint oportet, cum quod integra episcopis nubendi potestas erat, tum quod tales ducebāt uxores, à quibus huiusmodi uitæ integritas tutò requiri posset. Est autem uxor ornamenti & gloria domus, modò si uere pietate suscipiat, si uere mariti sui mores referat. Ut enim episcopos & ministros irreprehensibiles esse uoluit Apostolus, ita & uxores. Episcopus rebus aduersis non cedere, neque item in prosperis non certa illi consiliorum ratio constare debet. Et sapientissimus ille est, qui æquo animo utriusq; fortunæ flatum expectat, nec illius iniquitate succumbit unquam. Eandem siue sapientiam, siue modestiam dicas, ab uxoribus ministrorum requirit Apostolus. Qua de re, non ue
rebor hic & ex ethnicorum comedijis aliquid admiscere, quod sacræ literis consentiat. Nam personanti cuidam, quænam mulier uideretur multo sapientissima: responsum est: quæcum res secundæ sunt, se poterit noscere, & illa quæ æquo animo patietur sibi esse peius quam fuit. Hinc quæ-

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Plautus in Amphit.
dam, cum acerbius obiurgaretur à quodam, fidenter
pro se dicebat: Non ego illam mihi dotem duco esse,
quæ dos dicitur: sed pudicitiam, & pudorem, & se-
datum cupidinem, Deum metum, parentum amorem,
& cognatum concordiam: Atq; ut munifica sim bo-
nis, prosim probis. Amplissimum patrimonium, si hisce
dotibus accesserit Christi fides. Erant his dotibus pre-
dictæ olim uxores illæ patriarcharum & prophetarum.
Hodie ne tales habeant episcopi, contra diuinum pre-
ceptum, contra apostolicas traditiones, nuptiæ illis
auseruntur. Proinde impius sit oportet, quisquis ad
Apostoli præceptum ambulante episcopi uxorem, con-
suicijs incresserit. Quod si quæ sunt intemperantiores,
ac minus constantes in obeundis Christianis rebus,
mores illarum & inconstantiæ fidei potius doleamus,
non coniugium uituperemus, quod benedicente deo, in
remedium incontinentiæ datum est hominibus. Porro
quæ pudicæ sunt, quæ nemine offendunt, nimirum illæ
nonnunquam ad ambulandum in via uirtutis constantio-
res sunt ipsis uiris. Et in subleuandis proximi necessita-
tibus, proniores sunt foeminæ. Parcius utetur diuitijs
quam uiri: ac ideo citius eleemosynæ beneficium in pau-
peres Christi cōserunt. Ornamentorum & uestium insi-
gnijs tam nō cupiunt placere, quam quod mundo ser-
uire nō uolunt. Placet magis abiectus cultus, quam pu-
dor abiectus. Satis preciosus est ornatus, qui honeste
mundus

mundus est sordidus nō est. Talis Susanna filia Hel- Danie.13
 chiae, uxor Ioachim, pulchra nimis, & facie decora fu-
 isse perhibetur, quæ utiq; modestia morum, & mun-
 ditia cordis longe reliquias corporis dotes superabat.
 Talis Sarai, ad cuius potissimum exemplum reliquias
 uxores uiuere monet in priore epistola Petrus: quæ li 1. Pet.3
 cet, ut scriptura loquitur, pulchra nimis, tamen, meo
 iudicio, in officijs pietatis, marito suo Abrahamo, ni-
 hilo reperta est inferior. Sunt præterea plures aliae,
 ad quarum exemplū, si se se composuerint episcoporū
 uxores, contemni nequeunt. Sed hæc missa sint. Proa
 inde quid amplius ab episcopo, & ministris, requirat
 Apostolus, uideamus.

Diaconi sunt unius uxoris mariti, qui
 liberis recte presint, & proprijs familijs.
 Nam qui bene ministrauerint, gradum
 sibi bonum acquirunt, & multam liber-
 tam in fide, quæ est in Christo Iesu.

Eadem sunt præcepta, quibus paulò ante obliga-
 uerat episcopum. Maritus autem unius uxor is est, cui
 honorabile illud inter omnes gentes coniugium & cu-
 bile impollutum, plusquā scortatio, plusquā ullū adul-
 terium complacet: sciens quod scortatores & adulter-
 ratores iudicaturus est deus. Proinde nō minor quam
 ab episcopo, à diaconis requiritur labor: imò nō alia

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVL

cura, non aliud studium, in educandis liberis, ac gubernanda familia. Utrobiq; sapienter circunspiciendum, ne uel parentes studium rectæ educationis remittant, ne filij paternas castigationes minus patienter ferant.

Prover. 13 De utroque autem in Proverbijs dictum est. De hoc quidem sic: Filius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit, cum arguitur.

Ibid. 29 De illo autem sic: Qui, inquiens, parcit uirgæ, odit filium suum: qui autem

dilexit illum, instanter crudit. Et iterum: Virga atque correctio, tribuit sapientiam: puer autem qui

dimittitur uoluntati sue, confundit matrem suam. Nostra

Deut. 21 ta est lex Mosi, quæ contumacem & proteruum filium, qui non audit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit, populo ciuitatis lapidandum exponit, ut audiens haec uniuersus Israël, pertimescat. Quia lege non solum ministrorum filios perstringit Moses, sed prorsus uniuersorum. Quod ideo acerbius à me dictum est, ut intemperantissime iuuentutis nostræ inobedientiam uel obtunderem penitus, uel saltem aliqua ex parte plus illi iuxta timoris ac pudoris incuterem.

Nunc redeundum, ad Apostoli uerba. Quid est quod dicit: Qui bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirunt, & multam in fide libertatem? An qui bene ministrat res sanctorum, statim per gradus ascensurus est ad episcopi usque sublimitatem? Non hoc mult

vult Apostolus. Neque enim habuit totolim inutiles
 gradus ecclesia sanctorum, quot hodie est cernere in
 ecclesia Romana. Non habuit inquam ecclesia olim
 dignitates, sed officia: non honores, sed labores. Ta-
 men si quispiam ministrorum, per fidei libertatem,
 eousque ascenderit, ut et prophetiae donum a deo ac-
 cepisse probabiliter intelligi possit, non repugno, mo-
 do sic usum sit ecclesiæ, si episcopi officijs, tanquam
 dignus, præficiatur. Nos tamen et aliam sententiam
 afferimus, quæ magis exprimere uidetur genuinum
 apostolicorum uerborum sensum. Itaque sensus est: si
 quispiam sic est affectus, ut talentum sibi concretum,
 hoc est, donum a deo acceptum, non in terram defo-
 diat, sed fideliter ad totius ecclesiæ utilitatem impen-
 dat, is tanquam per gradus quosdam, in eodem dono
 proficiendo, ascendit, donec semper magis magisq; ec-
 clesiæ prodesse, et uelit, et queat. De quo Christus di-
 xit: Omni habenti dabitur, et abundabit. Sic gradus Matt. 23
 bonum acquirere, est augmentum donorum spiritus dei
 capere, qui diuidit peculiariter unicuique sicuti mult. 1. Cor. 12
 Porro quisquis accepto dono, inertis se ocio addixerit,
 tantum abest ut illi augeatur donum, ut etiam eo, quod
 habere uisus est, iusto dei iudicio, priuetur. In summa,
 per gradum bonum, et libertatem in fide eos intellin-
 git, a quibus maiorem subinde semper ecclesia sibi spe-
 rare posse utilitatem. Sequitur:

Hæc tibi scribo, sperans fore, ut ueniam
ad te citò: quod si tardius uenero, ut no-
ris quomodo oporteat in domo dei uer-
sari: quæ est ecclesia dei uiuentis, colu-
mna & stabilimentum ueritatis.

Hæc dicit, ne nimis uisendi magistri desiderio cape-
retur discipulus. Et quanquā ita secum constituerat,
cœtum illum Ephesinæ ecclesiæ breui quidem inuisua-
rum, tamen quia spiritus dei agebatur imperio, merita
tò ambigere uidetur, an se ad illos recipere queat, an
minus. Sed tamē quicquid illud est, certiorem reddere
uoluit Timotheū, quomodo oporteret interim, in ab-
sentia sua, in domo dei conuersari: quæ est, inquit, ec-
clesia dei uiuentis, columna & stabilimenti ueritatis.

Confert autem ecclesiam Christianorū, cum syna-
goga Iudeorū: quod synagoga umbras tantū rerum
sequuta fuerit, neq; unquā per prædicationē legis, ue-
raciter ad cognitionem uiuentis dei pertingere potue-
rit. Lex enim nihil ad perfectionē duxit: quod umbras
saltem, nō ueritatem habuerit futurorū bonorū. Eccle-
sia autem quia nō umbras, sed ipsam ueritatem sequi-
tur, iure templū dei dici meretur. Iudaici templi lapi-
Hebr. 7
¶ 10
Luc. 19
des nō accrescebant, imò nec lapis super lapidem man-
sit, quemadmodū Christus prædixit. At in hoc tem-
plo ipsemet Christus lapis est angularis, imò funda-
mentum,

mentum, quod unum & solum totius ædificij molem
sustinet: lapis scilicet uiuus, ab hominibus quidē repro-
batus, apud deum uero electus: de quo alibi etiam dici-
tur, quod ipse sit fundamentū apostolorū & propheta-
rum, super quod ædificamur & nos, ueluti uiui lapi-
des, domus spiritualis, sacerdotiū sanctum, ad offeren-
dum spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum
Christum. De hoc templo in posteriore ad Corin-
thios epistola manifestius dicitur: Nam uos, inquit, tē-
plum estis dei uiuentis, sicut dixit deus: Inhabitabo in
illis, & in ambulabo, & ero illorum deus, & ipsi
erunt mihi populus.

Dicitur autem hæc ecclesia columnæ & stabilimē-
tum ueritatis, quia fundata est supra firmam petram;
quam nullus descendens imber, nō uenientia flumina,
non flantes uenti deicere possunt. Nam credentes uer-
bo promissionis dei firmati, aduersus omnes errorum
turbas, aduersus impiorum persequitiones, aduersus
principis mundi huius insultus, deniq; aduersus omnē
inferorū portarum potestate infracti, inconcussiq; in-
finem usq; perdurant. Sic Christus dixit: Et porte in-
ferorum non præualebunt aduersus eam. Hinc illud
uulgatissimū iactatur oraculum: Ecclesia, quia regia
tur à spiritu sancto, errare nō potest. Et iure quidem.
Nam quia Christū sequitur, qui uia est ad patrem, im-
possibile fuerit errare illam. Quomodo autem nō esset

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

columna ueritatis, quæ Christum summā illam patris
cœlestis ueritatē habet, qui proculdubio falli sponsam
suam non patitur? Aut quomodo non foriter aduersus
mortē dimicaret, quæ uitā in se Christū prorsus cum
omnibus bonis suis, cōpletebitur? Hæc admonēda, hæc
prædicanda in domo dei: ubi nō umbræ bonorū ostenduntur,
sed ipsem Christus uia, ueritas, & uita prædicatur: ex quo illud ueræ pietatis mysterium innotuit
in credentibus, de quo sic dicentē audiamus Apostolū:

Et citra controuersiam magnum est
pietatis mysterium. Deus manifestatus
est in carne, iustificatus est in spiritu, ui-
sus est angelis, prædicatus est gentibus:
fides illi habita est in mundo, receptus
est in gloria.

Sex per ordinem recenset, quæ singula citra omnē
dubitacionē, magnis referta sunt mysterijs. Nam, ut
I de primo dicam, quid mirabilius quam deum appare-
Philip. 3 re mundo, in carne mortali? Qui in forma dei erat,
formam serui accepit, & habitu inuentus ut homo.
Qui in principio uerbum apud deum, carnem induit.
I. Ioan. I De quo Ioannes ait: Quod erat ab initio, quod audia-
uimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspexi-
mus, & manus nostræ contrectauerunt de sermone
uitæ, & uita manifestata est, & uidimus, etiam testa-
mūs.

mur: & annunciamus uobis uitam æternam, quæ erat
apud patrem, & manifestata est nobis. Quando uisus
est: quando manifestatus est: cum puer natus est nobis,
cum filius datus est nobis: cum multisarie, multisq;
modis per miracula diuinitatis suæ gloriam ostendit.

Sed hoc quod sequitur durius fortasse quibusdā uis
debitur. Dicit enim: Iustificatus est in spiritu. An non **II**
ipse deus iustificat impium? A quo iustificationē acce-
pit deus enī ab angelis, aut ab hominibus: sed ange-
li & homines ab ipso iustificationē expectant. Quor
sum igitur hæc tendunt? De assumpta humanitate uer
bi dei dicuntur hæc. Nunc uero quia deus & homo
unus est Christus, deus iustificatus esse dicitur: nō qui-
dem in abstracto, sive in substantia, alioqui deitas ipsa
iustificata esset, quod absurdum est, & planè impium
uel cogitare humanum pectus: sed in assumpta serui
forma: de qua Euangelista Ioannes: Pater diligit filia **Ioan. 3**
um, & omnia dedit in manu eius. Et in Psalmorum
libro: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, pro- **Psal. 44**
pterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiae pre con-
sortibus tuis. Siquidem ita in Christum hominem o-
mnes iustitiae riuos infudit pater, ut placuerit ipsi, **Col. 2**
in illum omnes thesauros sapientiae ac scientiae recon-
dere: planèque uoluerit ut in illo inhabitaret omnis
plenitudo deitatis corporaliter. Ideoque in Euangelio
Ioannis cap. primo scribitur: Plenus gratia & uer- **Ioan. 1**

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ritate. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratia pro gratia. Gratiā scilicet iustificantis nos dei, pro gratia iustificati Christi: quia ipse factus est nobis sapientia à deo, iustitiaq; & sanctificatio, & redēmptio, ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur in domino glorietur.

III *V*isus est angelis. Non solum cum hominibus in terra conuersatus est, sed & angelos hoc mysterium latere nō potuit. Mox enim nato in carne domino, uigilantibus pastoribus astitit angelus, atq; expuescientibus dixit: Ne timeatis: Ecce enim annuncio uobis gaudiūm magnū, quod futurū est toti populo, quia natus est uobis hodie seruator. Ac subito facta est cū angelo multitudo militiae coelestis, laudantiū deum, & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, homini

Matt. 4 bus bona uoluntas. Legimus & alio loco, domino misistrasse angelos. Et Petrus apostolus de hisce mysterijs sanctificatis in Christo dicit: Quae nunc annuntiata sunt uobis, per eos, qui uobis prædicauerunt Euangelion, per spiritum sanctum emissum ē cœlo, in que desiderant angeli prospicere.

IV *V*erbi predicatorum est gentibus. Sic à prophetis ferè omnibus, tum præcipue ab Esaiā, prædictū: Populus, inquit, qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Sic Simeon ille iustus, Christum lumen ad reuelationem

PRIOREM AD TIMOTH. 7;

tionem gentium dixit. Et Christus prædicari iubilat in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum, *Luc. 24*
in omnes gentes.

Nec fuit inefficax hæc prædicatio. Nam quod nullam sapientia humana, nullæ humanæ persuasionis uires efficere potuerunt, hoc una & simplex illa ueritas oratio præstitit, ut fides illi adhiberetur in uniuerso mundo: alioqui quid opus fuerat misisse prædicatores, si nulla fides habenda erat tam inuisitata in oculis mundi mysterio? Nunc autem non frustra exiuit sonus prædicationis apostolorū, sed ut scriptum est: Illi uero egregi, prædicauerunt ubique domino cooperante *Mar. 16* te, & sermonem confirmante, per signa sequentia.

Hinc & in terris, & in cœlo receptus est in gloriam. In terris quidem, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis crediderit in eum. Et ut omnes honorent filium, sicut honorant patrem *Ioan. 5* trem: immo ut omnis lingua confiteatur, quod dominus *Philip. 2* sit Iesus Christus ad gloriæ dei patris. In cœlo autem, quod destructa morte, famulantibus angelis uictor in cœlum conscenderit, nimirum in dextera dei sedens, ut interpellet pro nobis: qui nihil non impetrat a patre, qui est deus benedictus, AMEN.

DISTRIBVTIO X

Quae sint Christianorum episcoporum cum doctes, tum officia, affatim iam audiuimus. Illi

III. ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Ioan. 15 nanq; quia in uite uera manent, ab agricola patre illo cœlesti indies magis magisq; per uerbū fidei, purgationē accipiūt, donec studio & cura gratiæ illius, copiosissime honorū operū fructibus respōdere queant. Cum nanq; sint plātatio patris cœlestis, tam non posse sunt nō ferre bonos fructus, q; quod ægre est animo illorum, nō posse in omnibus referre Christū: qui solus omnes boni episcopi partes in se q; plenissime absoluit. Vellent inquā, si possent, in omnibus referre Christū,

I. Pet. 2 pastorē & episcopū animarū nostrarū, qui de seipso

Ioan. 10 uerissime dicere potuit: Ego sum pastor bonus, & animam meā pono pro ouibus meis, & uitam æternā do eis, nec peribunt in æternum, neq; rapiet eos quisquam de manu mea.

Ezech. 34 Quia uero nouissimis temporibus, alieni quidā ab his uirtutibus, gubernacula ecclesiæ sanctorū acceptū erant: quales olim habuisse Israëlem ab Ezechiele percepimus, qui pascebant semetipsos: lac comedebat ouīū, & lanis carū operiebātur: & quod craſū erat, occidebant: gregē autē domini nō pascebant: quod infirmū, nō consolidabāt, & quod ægrotū nō sanabant: quia inquam alieni, fures & latrones aliunde in ouile Christi ascensiū erant, qui nō Christū, sed aliū quendam lōge diuersum ab ingenio & natura Christi, imitaturi essent: nempe pastorē illum stultū, de quo dominus ad Zachariam prophetā loquitur, dicens: Adbuc sume,

fume, inquit, tibi uasa pastoris stulti: quia ecce ego su-
scitabo pastore in terra, qui derelicta nō uisitabit: di-
spersum nō quæreret, & contritū nō sanabit: et id quod
stat, nō enutriet, & carnes pinguiū comedet, & ungu-
las eorū dissoluet. O pastor, ô idolū, derelinquens gre-
gem. Hic tantæ crudelitatis pastor, cum membris suis
pseudepiscopis, his nouissimis temporibus in mundo,
imò in templo dei sedens, & ostētans seipsum esse deū,
regnaturus, describitur hoc 4. cap. ab Apostolo. Inte-
rim tamen solcite admonet nos, ne aures aut animum
prebeamus doctrinæ illius, quam doctrinam dæmo-
niorum, & imposturam appellat, dicens:

CAP V T I III



Píritus autē certò loquitur,
quod in posterioribus tem-
poribus descifcent quidam
à fide, attendētes spiritibus
impostoribus, ac doctrinis
dæmoniorum, per simulationem falsilo-
quorum, cauterio notatam habentium
conscientiam, prohibentium cōtrahere
matrimonium.

Infaustum facinus, ac superstitione plenū, quod in
nouissimis tēporibus ecclesia illa malignantū designa-
tura esset, Apostolus noster certis nōnullis per spiritū

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

sanctum, argumentis deprehenderat. Neque enim
eo adhuc tempore, spiritus ille cugnitor futurorum
ecclesiæ oblatus erat: id quod uarijs scripturæ sanctæ
locis, certò cognoscere licet. Nam idem Apostolus no-
ster alibi eiusdem spiritus numine afflatus, præbutea
Acto. 20 ris ecclesiæ Ephesinæ loquens: Ego, inquit, noui hoc,
quod ingressuri sint post discessum meū, lupi graues
in uos, nō parcentes gregi. Per idem ferè tempus qui-
dam ex his, qui ab urbe Hierosolymorū, Antiochiam
Ibid. II concesserant, noīe Agabus, significabat per spiritum,
famem magnam futurā in toto orbe terrarū: quæ de-
inde accidit sub Claudio Cæsare. Quales autem affla-
tus illi sunt, fateor ignorare me, utputa qui nihil horū
senserim unq. Neq; itē magnopere laborandū nobis,
Acto. I stolis dixerit sciamus: Non est, inquit, uestrū nosse tem-
Luc. 12 pora, & articulos temporū, quos pater in suaipsius
cōstituit potestate: quin potius præcinctis, lubricæ car-
nis nostræ, lübis: ac accensis, bonorū operū, lucernis,
expectemus dominū nostrū à nuptijs reuertentem: ut
cū uenerit et pulsauerit, confessim aperiemus ei.

Porro nouissima, siue posteriora tempora dicta
sunt, quibus Euangelion magni dei prædicari cœpit.
Non enim alia restat post Euangelijs prædicationem,
innouatio mundi, præterquā quæ in secundo aduentu
Christi futura est. Erat quidem Euangelion, etiā tem-
pore

PRIOREM AD TIMOTH. 75

pore legis, sed reuelandū adhuc. Nam etiam ante prædicatum per apostolos Euangelion, scripturæ sanctæ reuelandū mundo Euangelion prædixerunt. Respexit hoc Apostolus alio loco, cum diceret: Hæc autem **i. Cor. 10** omnia in figura contigerunt illis: scripta uero sunt propter admonitionē nostri, in quos fines seculorū inciderunt. Nec aliud uoluit Ioannes in epistola sua, scribens: Filoli, inquit, nouissimū tempus est. Nec quenque moneat, quod Paulus hic dicit, υστέροις καιροῖς, id est, posterioribus temporibus. Ioannes uero ait: ἐγένετο ὥρα εἰπεῖν: quod nouissima hora, siue nouissimum tempus interpretari possumus. Respexit ad Christianā tempora Iacob patriarcha, quando congregatis filiis annunciat quæ uētura essent ἐπ' ἐχέτων τῷ προφήτῃ, quod interpres noster, in nouissimis diebus, uerit. Sic apud Esaiam: Et erit, inquit, ἐπ τῷ ἀστέρᾳ οὐρανοῦ πρæparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur super colles. Est præterea omne illud tempus à primo Christi aduētu, ad secundū usque nouissimū, siue posterius tempus. Omnia enim, ut Christus dicebat, cōsummata sunt. Et in Galatis plenitudo temporis appellatū est. In euangelicis literis, à Christo, undecima hora uocatur, qua ociosi in uespera iam mudi, in uincâ cœlestis patris familias cōducuntur. **Gene. 49**
Esaie. 2
Ioan. 19.
Gal. 4
Matt. 20

In his itaq; ultimis temporibus, quibus maxime prospiciendum omnibus, ne dies illa domini nos tanquam

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Hiere. 2 fur, incautos opprimeret, exorituros quosdā dicit Apo
stolus, qui relicto fonte illo uiuo deo, cisternas sequan-

turi essent, quæ, ut loquitur Prophetæ, nō possunt cōtincere aquā: hoc est, à fide in Christū, in robur carnis sue cōsiderēt: qui à uerbo dei, ad hūanas cōstitutiones deficerēt. Quæ quidē defectio, primū per cū uiribus ro-

Danie. II borata est, de quo in hæc uerba apud Daniel. scriptū est: Et, inquit, eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnē dēū. Et aduersus dēū deorū loquetur magnifica, & dirigetur, donec cōpleteatur iracūdia. Et dēū patriū suorū nō reputabit, & erit in cōcupiscentijs foemina- rū, nec quenq; deorum curabit, quia aduersus uniuersa consurget. Dēū aut̄ Maozim in loco suo uenerabitur, & dēū quē ignorauerūt patres eius, colet auro & ar- gento, et lapide precioso, rebusq; preciosis. Agere coe- pit ille, etiamdū uiueret adhuc Apostolus, mysterium iniquitatis suæ. Cuius aduentus secundū operationē sa-

2. Theſ. 2 tanæ esse describitur, cū omni potētia, et signis, ac pro- digijs mēdacijs, & cū omni deceptione iniustitiæ, in his qui pereūt, pro eo quod dilectionē ueritatis nō rea- ceperunt in hoc, ut salui fierēt. Et propter ea mittet il- lis deus efficaciā illusionis, ut credat mendacio, ut iudi- centur omnes qui nō crediderūt ueritati, sed approba- uerunt iniustitiā. Nimirū ille est, cuius membra, ubi ue-

2. Pet. 2 hementer, ut Petrus testatur, fastuosa uanitatis uerba insoucerint, inescant hoīes per concupiscentias carnis uoluptas

PRIOREM AD TIMOTH.

75

voluptatibus, eos qui uere auferant, eos qui errore
 cōuersantur, dū illis libertatē pollicētur, cū ipsi serui
 sint corruptionis. Qui et clām inducēt sectas pernicio-
 sas, etiā deū qui illos mercatus est, abnegātes: accersen-
 tes sibi ipsiſ celere interitū: et pleriq; sequētur illorū
 exitia, per quos uia ueritatis maledictis afficietur, et
 per auaritiā factitijs sermonib. de uobis negociabūtur:
 quibus iudiciū iam olim nō tardat, et perditio illorum
 nō dormitat. Hæc copiosius adduco, ut sciatis quinam
 illi sint impostores, et doctores doctrinæ dæmoniorū.
 Nō una dūtaxat est persona Antichristi: ingēs corpus
 est, uastissimū regnū est. Dicitur quidē homo peccati,
 filius perditionis: at potestas illius ualidior est omnibus
 huius mūdi regnis. Ac ideo à Daniele, rex, nō unius fā Danie. 8
 ciei, sed facierū dictus est. Et Ioan. in epist. sua: Et sicut, 1. Ioan. 2
 inquit, audistis, quod Antichristus uēturus sit, nūc An-
 tichristi multi facti sunt: qui quidē operarij dolosi sunt,
 sumpta persona apostolorū Christi: atq; bāud mirum,
 quandoquidē ipse satanas trāsfiguratur in angelū lu- 2. Cor. II
 cis. Nō magnū est igitur, si et ministri illius personam
 in se trāsferunt, quasi sint ministri iustitiae, quorū finis
 erit iuxta opera eorum. Itaq; sub specie pietatis, atq;
 adeo in ipsa ecclesia doctrina et potestas Antichristi,
 per eos potissimū qui ficti sanctimonia spiritus, caute-
 rī notaū habuerint cōscientiā, ostētabitur: sicut scri-
 ptū est, quod Antichristus in tēplo dei sessurus sit, atq;
 ostentaturus seipsum esse deum. l 4

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Porrò cum multa sint, quibus Antichristus cum regno suo, Christum impugnat: cum multa sint, quibus euangelicam ueritatem obscurare nituntur, ueri illi inimici crucis Christi: duo tantū hic ab Apostolo recessentur: Coniugij scilicet ablatio, & ciborū superstitionis abstinentia. Ex quibus facile colligimus nos, quae illis, in reliquis constitutionibus suis adhibenda sit fides, qui tam ubiq; gloriā hominū querunt potius, quam gloriam dei. Sed ut paucis de coniugio aliquid dicam. Certe Christus de cœlibatu loquens, non, inquit, omnes possunt capere, sed quibus datum est: liberum nubendi ius reliquit omnibus, qui immodecē igne concupiscentis carnis suæ, urerentur. Antichristus, quos semel donis suis, crapula, diuitijs, dignitatibus, potentia, ac superstitionis illis ementitæ sanctimoniaci tulis sibi conciliauerit, adeo uotiuo cœlibatus capistro constringit, ut prius supra illis permittat, & adulteria, & alia id genus inauditæ libidinis portenta, q̄ ut alicui suorum coniugij remedii (quod magis imperavit Christus, quam consuluit) tutò querere liceret. Nō hoc uoluit à principio conditor rerum deus. Nam creauit deus hominem, ad imaginem & similitudinē suā: ad imaginem dei creauit illum, masculum & fœminā creauit eos. Non solum masculus creatus dicitur, sed & fœmina: atq; hoc duplice sexu etiamnum hodie constat humanū genus. Non enim frustra deus duplicitate
Matt. 19

Gene. I

hanc maris & foeminae naturam creauit, sed in hoc
creauit, ut duæ hæ naturæ coniungerentur: unde etiā
aduersarij ueritatis, coniugiū uocant, ubi mas & foemina
coēunt in unum: id quod Adam spiritu dei edo-
ctus intellexit, dicens: Et erunt duo in carne una. *Præ Gene. 2*
cepit etiam deus, ut hæ duæ creatæ à se naturæ, atque
iam simul coniunctæ crescerent, multiplicarenturq;
illis præterea mirandam quandam mutuæ charitatis
flammā inseuit, ut in quadam naturali ferantur, illi
tam sancto præceptio creatoris, obtemperare. Neque
ab hoc crescendi, propagandiq; præcepto quisquam
excipitur, nisi quem ipsemet deus, sublimiore illo ac
omnes humanas uires excedente dono dignabitur.

Hac re motus Apostolus noster, nō ausus est, quicquid
quā exigere à Corinthijs, quod diuersum diuino præ-
cepto uideri poterat. Ipse namq; cum præceptū domi-
1. Cor. 7
ni de uirginibus, nō haberet, caute tantum & sapienter
consuluit illis, ne cui forte inijceret laqueū, à quo
tandem qui se explicare uellet, sine periculo consciencie,
nequiret. Nouerat Apostolus, quām esset sublimum
donum uirginitas, & quām paucis datum. Nouerat ni-
bilo fecius tamen etiam honorabile esse inter omnes *Hebr. 13*
gentes coniugiū, & cubile impollutū. Hacten nemo
sprecuit eum qui episcopi munus appetiit, quod honestum
opus sit episcopi munus. Eum qui propter stu-
pra uitanda connubium appetit, quia honestum opus

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

desiderat, cur spernimus? An in honestum opus desiderat, qui, dum uritur, coniugium appetit? Nō puto. Neque enim nō uere dictū est ab Apost. Propter stupra uitanda, suā quisq; uxorē habeat, & suū quæq; virū. Et iterum: Satius est matrimonium cōtrahere, q̄ uiri. Vos qui capita estis in populo, ferre potestis, ut scortis cōmisse antur ministri sanctorum? Heus hodie quæ Circe animos uestros tam ab omni honestate, in tam sœdā turpitudinē transformauit, ut magis placeat hy pocritica illa quorundam & uere immūda puritas, q̄ nudū illud ac uere castū paucorū coniugium? O secula, o mores, atq; o blasphemias. In precio habetis qui scortis communia cant: qui casti cōnubij leges sequuntur, exploditis, prescribitis, ac igne & ferro impetitis? Sed paulisper hic animi dolorē cōtinebo, quādo hac in re Antichristi doctrina, plus satis iam annis aliquot pietatis specie pīs mentibus impositū esse, inficias ire queat nemo, saltem cui pectus sapiat. Itaq; ad alterā partem doctrinæ de moniorum, cuius hic meminit Apostolus transitum faciamus. Ait Apostolus:

Iubentium abstinere à cibis, quos deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt ueritatem: quod quicquid creauit deus, bonū sit, et nihil rejciendū, si cum

sicutum gratiarum actione sumatur. San-
ctificatur enim per sermonē dei, ac pre-
cationem.

O impudentia. Etiam uictum illum hois quotidianū
imperio suo Antichristus paulatim per hypocrisim
subdere studuit. Tam anxie quærerit undiq; lucrū: ubiq;
fraudū retia tendit, ne quid se in uniuersis creaturis dei
abscondere, ac arcē illius numulariæ insidias effuge-
re queat. Hoc hostis nocentior Christi, quod hæc agit
sub prætextu pietatis, quod titulo sanctimoniae mun-
do commendatur. Quæ cæcitas, quod præpostorum
iudicium, sic pietatis partem, in delectu ciborum po-
nere, ut eos qui secus sentiunt, pro hereticis ducamus?
Cur non potius ad apostolicam regulam ambula-
mus? Qui, inquit, uescitur, non uescentem ne despis-
ciat. Et qui non uescitur, uescentem ne iudicet. Qui ue-
scitur, domino uescitur, gratias enim agit deo: & qui
non uescitur, domino non uescitur, et gratias agit deo.
Et alia quæ in epistola ad Romanos sequuntur: quæ
omnia libera esse prædicauit Apostolus, modo quæ
sunt pacis, sectemur: & quæ ædificationis, aliis erga
alium: ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus
occasio enim est regnum dei cibus ac potus. Non
(quia discrimin illorum, nihil habet momenti ad
ueram pietatem) sed iustitia & pax, & gaudia
um in spiritu sancto. Sed quæ est hæc supersticio,

Rom. 14

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ne dicam impietas, sic præcepto ligare fideles, ut sine
peccato uesti non liceat cibis, quos ex æquo deus crea-
uit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus? Fidelis-
bus dico, quorum conscientiae liberæ esse debent à qui-
buslibet traditionibus hominum, paparum, episcopo-
rum. Neq; in hoc acceperunt autoritatem, ut quoquo
modo obligarent conscientias fratrum. Neq; enim ho-
mines, hominum conscientijs præesse debent, id quod
I. Cor. 3 alibi testatur Apostolus: Omnia inquiens, uestra sunt,
sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, si-
ue uita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia
inquam uestra sunt, uos autem Christi, Christus uero
dei. Ex quibus id tandem colligimus, quod reuera est:
Papam, episcopos, & ministros reliquos, non priua-
tis, sed publicis usibus datos: non sua, sed nostra qua-
re debere. Non aliam episcopis dedit dominus auto-
Matt. 28 ritatem, quam abiens in cœlum apostolis suis dedit, di-
cens: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes
eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti, docen-
tes eos seruare omnia quecumq; præcepisti uobis. Non
præcepit autem Christus ab hoc uel hoc ciboru genca-
re abstinendum esse fidelibus: sed indifferenter & si-
Ibid. 15 ne omni ciborum delectu, docuit dicens: Non quod in-
greditur in os, impurat hominem, sed quod egreditur
ex ore, hoc impuru reddit hominem. E quibus tandem
sic concludimus: indignum esse quavis reliqua creatura-
dei,

dei, quisquis sine cognitione creatoris, uel à carnibus,
uel alijs cibis iuxta humanum delectum, abstinuerit.
Nam sane doctrinæ repugnat, quisquis uel leuem pie-
tatis partem in ciborum delectu positam esse arbitras-
tur. Extant huius superstitionis, nostris adhuc tempo-
ribus nō obscura uestigia, dum pleriq; statis diebis sic
ab esu carnium, ouorum, lactis quoq; & butyri absti-
nent, ut minus crimen existiment, furari, famā proxio-
ni mendacio conspurcari, fornicari, quam diebus nō
gāσκολῆς aut sabbati, ut sic loquar, carnibus uesci.
Quod malum equidem nō ex apostolica doctrina, sed
ex Antichristi superstitiona pietate, relictum esse uide-
tur. Sic enim docuit Apostolus: Ne quis, inquiens, uos
iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nos
uilunij, aut sabbatorū, quæ sunt umbra rerum futura-
rum, corpus autem Christi. Nec te moueat, quod &
infideles utuntur creaturis dei: & Apostolus hic fide-
lium dunt axat meminit. Nam infideles etiam si nō ras-
tro abstinent ab esu carnium, aut huiusmodi, quia tamē
fide in Christū carent, superstitiona religione commo-
ti, abstinent, immerito beneficiū creaturæ dei abiçis-
unt. Non enim ut spiritui carnem subiçiant, sed ut ius-
titiae quippiā per hoc sibi cumulent, abstinent. Quod
& ipsum illis in cumulum damnationis cedit: & quod
præter fidem abstinent, & quod ex operibus suis iusti-
ficari querunt. Fideles autem omni creatura utuntur

Col. 2

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

sine peccato: utitur uero nō ad ostentationē, uel ad uo
luptatē, sed ad necessitatē et gloriā dei, qui hæc omnia
creauit ad sumēdū, cū gratiarū actione fidelib. In sum
ma: omnia pura, puris. Porrò pollutis et infidelibus,
Tit. I nihil est purū, sed polluta est illorū et mens et consciens

Porrò ideo pura sunt omnia puris, quia pu- (titia.
rificātur illis omnia, et sanctificātur per sermonē dei,
& precationē. i. sanctificātur per uerbū dei (cui credi
mus) in subsidiū huius nostræ mortalitatis, ne utentes
creaturis dei, peccemus. Ideoq; & preces ad deū fundi
mus, ut nos quoq; in his minimis, oculis misericordiae
sue respiciat: ac tandem illi pro collatis in nos clemēter
beneficijs, gratias agimus. Nam licet bonæ sint creatio-
ræ dei omnes, ut Moses testatur, tamē nobis bonæ non
sunt, nisi fide uerbi sancti, & gratiarum actione digni-
reddamur. De his (ait rursus ad Timotheū Apost.) si
comoneficeris fratres, bonus eris minister Iesu Christi,
enutritus in sermonibus fidei, bonaq; doctrina,
quam usq; sequutus es.

Cōsulere uult ministrū, persuadere quoq; & com-
monefacere, non aut imperare, quippe qui rex nō sit,
sed minister duntaxat & dispensator mysteriorū dei.
Quemadmodū Timotheus haud dubie fuit, qui ab ipsis
usq; cunabulis in sermone fidei, ac sana doctrina enut-
ritus, nō potuit non constanter asserere Euangelion
Christii. Cui honor & potestas in secula, A M E N.

DISTRIBVTIO XI

HAud magno studio doceri poterimus, in quem torqueri debeat, haec quae nuper audistis, apostolica oracula, si recte cognouerimus quae quondam gesserit Ieroboam ille rex Israël: qui non satis esse putauit, si ipse peccatum peccato adderet, nisi et illud cœu in cumulum super adderet, ut et Israël peccaret contra dominum deum suum. Nam ipse (quae pessimis semper sunt studia) iuxta consilium cordis sui, nouos subinde sacrificia tadi ritus excogitauit: sacerdotes excelsorum instituit: locum, cum ipsis sacrificijs mutauit, et tempora, quo Israëlem à uero dei cultu auerteret. Insuper et odio Vatiniano atrocius, Davidici regni reliquias, insectatus est, ut per uim occupati a se regni uires stabiliret. Sed nec sic durare potuit potestas illius: immo eam ob causam dominus Ieroboam euersa est, excelsa destructa, sacerdotes interfici. Proinde quod olim Ieroboam, sub lege adhuc constitutis Iudeis, facere non erubuit, hoc idem relevanti tempore Euangelij agere cœpit, homo ille peccati, filius perditus, qui in templo dei sedens, effertur aduersus omnem qui dicitur deus, aut numen: quando et regnum, sacerdotium spirituale, hoc est, uestrum et genuinum uero dei cultum, a populo sancto, specie quidem pietatis auferre non timuit, ac alios, longe à uerbis domini diuersos ritus in ecclesiam sanctorum induxit: Quem nisi mature spiritu

3. Reg. 12

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

oris sui interficiet deus, non video qui Christi regnum latius propagationē recipere queat. Regnū Christi, quia sacrum est, prophanas & aniles fabulas nō agnoscit. Regnū Antichristi, præterquā fabula, nihil est. An non fabula est, quod dicunt quidā, ac etiam pertinacissime tueri conantur, quod quicquid Papa (etiam si parum respondeat uerbis diuinis) statuerit, illud protinus sub peccati mortalis pœna, seruandum esse? Non exerceatur in his minister Christi, sed potius quæ sanam doctrinā decent, quæ & pietatem promouent Christianā, hæc docet, in his uersatur, in his sese exercet: id quod hisce uerbis à Timotheo requirit Apost.

Cæterum, inquit, prophanas & aniles fabulas rejice: quin potius exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio paululum habet utilitatis: at pie tas, ad omnia utilis est, ut quæ promissio nes habeat uitæ præsentis ac futuræ. Indubitatus sermo, dignusq; , qui omnibus modis approbetur.

Admonuerat discipulum, de his qui in nouissimis temporibus exorituri essent doctrinæ demoniorū assertores. Nunc ne prophanis & anilibus fabulis animum adjiciat, commonefacit. At uero prophanas uocat fabulas, quicquid nō in illa sacrosancta euangelicæ doctrine

doctrinæ penetralia admitti meretur. Aniles autem, quia propter ineptam loquacitatē, nihil utilitatis adserunt auditoribus: ueluti si quispiam in exponendis fīa dei mysterijs multiloquas illas anus, quæ à semel cōceptis fabulis nunquā desistunt, imitetur: is nimirū semper peiores remittit auditores, nunquā meliores. Qui bus incognita est uera animi pietas, sacra & prophēta perinde esse ducunt. Et quanquā zelum dei habere uideantur, quia tamen scientia & iudicio spiritus Rom. 10 carent, immo quia iustitia fidei carent, non possunt non Christo, Belial: iustitiae, iniustitiam: operi dei, quod est fides in Christū, opera ab hominibus excogitata, anteponere. Hinc illæ tot loquacissimæ ac uere profane in ecclesiam irrepserunt quæstiones, nempe: An Papa errare posſit: an uniuersi in ecclesia Christi existentes, præcepis illius sine omni tergiuersatione, obediēre debeat: An oblatrandum illi sit, à doctioribus, si cum quotidie innumeræ myriades animarū secundum ad infernum detraxerit: An Christus, an Papa, caput ecclesiæ militantis: An sacerdotes & diaconi regni papistici, perpetuò, ceu quondam qui Cybeles sacris præerant, cœlibes uiuere debeant: An iuxta scrip̄tum pectoris sanctissimi Romani pontificis, merita Christi, dispensari posſint: An grauiter in deum peccent, qui pecunia illecli, pro defunctis fratribus participant mense Christi: An blasphemus sit in promis-

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

sum & benedictum Abrahæ semen, qui operibus pro-
prijs tribuit, quod scriptura sanctæ ubiq; gratiæ dei
adscribit. Et alia id genus innumera, quibus uarie iam
multis retro annis impositū est Christianis mentibus.
Quid dicam de tot prophanis uocibus, quibus optimis
alioqui ingenij hactenus illusum est, ab ineptis quibus
dam asfinis? non enim dicam Theologis. Neq; enim sa-
cræ uideri debent uoces illæ, quas toties, in contumeliam
spiritus scripturæ sanctæ, ingeminant quidam: Chara-
cter sacerdotij: purgatorius locus, post cineres: inter-
cessio sanctorū, post exutam mortalitatē: aureola uir-
ginum: meritum congrui: missa sacrificium: atq; hæc
& his similia nos quidem habemus inter ea quæ & sa-
næ doctrinæ repugnant, & quæ garrulitatis anicula-
rum imitantur intemperantiā. Utimam in templum
suum redeat aliquando Christus, expulsurus omnes il-
los & uidentes & ementes, priusquā etiam illa que

Matt. 21 nobis adhuc superest parua, bonæ spei, portio, in spe
luncam abeat latronum.

Sed explosis iam prophanis illis aniculariū cōmen-
tis, tanquā adulterantibus sinceritatem religionis, ad
pietatem conuertimur, quæ quidem in spem diuinæ be-
nevolentiæ animos nostros erigit. Ea est enim pietatis
natura, ut unâ in sese & fontem & caput bonitatis
dei, occludat, nempe, quæ promissiones habeat uitæ
præsentis ac futuræ. Intelligimus autem nomine pietati
is &

lis & fidei puritatem, & uitæ optimæ rectitudinem,
quæ potissimum in se continet primū: uerum illum in
spiritu & ueritate cultum, timorem, amorē, confessio-
nemq; dei: deinde patrie, parentū, amicorum, inimico-
rum, superiorum quoq; & inferiorum amorem. Quæ
omnia citra fidei pietatem recte præstari non possunt.
Poterit fortassis & exercitatio honestorū officiorum
nō nihil in oculis mundi præstare, ut Apostolus ad Ro-
manos scripsit: sed nisi eam fidei synceritas præcesset
rit, parum, imò nihil in oculis dei promouerit. Non
reijcimus exercitia honestorū studiorum, quæ ad uir-
tutem incitamenta esse queant alijs: imò omnino exer-
cendam esse ducimus fidei Christianæ altitudinē, mo-
dò recte meminerimus, quod dixit Apostolus: Quicq;
quid nō est ex fide, peccatum est. Non est pietas uera,
quæ aut sibi, aut creaturis alijs iustificandi, saluandiq;
uirtutem tribuit. Vera pietas ut in animo sita est, ita
neq; uerbis pro maiestate sua satis definiri, neq; tem-
pore item aut loco præscribi potest. Et ea, de qua hic
loquimur, pietas, omnē, cunctarū in se uirtutum, na-
turam complectitur: quam rem exemplis scripturæ di-
lucidorem faciemus.

Tria sunt in quibus cordati olim Theologi, Chris-
tianam penitentiā consistere recte arbitrati sunt: in
eleemosyna, oratione, & iciunio: quæ singula à Chri-
sto, in Euangelio κατὰ Matthæum pulchre, seruato Matt. 6

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI
ordine, recensentur.

Eleemosyna omne illud in se complebitur studiū, quo proximū uarijs uitæ huius necessitatibus subleuamus: ut sunt admonitiones sane in peccatis, consolationes in desperatione, recta institutio in via uirtutum, quibus, ut bona sit anima, indiget. Deinde etiam ueste, cibo, potu, tectoq; si necessitas ingruerit, in opiam fratrum propulsamus: his enim corporis potissimum incommoda propelluntur.

II Oratio autem omnes illas contemplationes in se recipit, quibus in deum rapitur humanus animus: quoties in tribulatione constituti, pedibus dei humiliter prouoluimus, uniuersas siue priuatas singulorū, siue publicas uniuersorū necessitates illi exponimus. Deinde etiam lectiones sacras complebitur orationis natura, quibus se mentibus nostris non raro aperit deus. Præterea omnes illas exhortationes, quibus in concionibus illis publicis, per ministros uerbi sancti, ad colloquitur deus, notam faciens hominibus uoluntatē suā.

III Ieiunio continetur quicquid corpus hoc nostrū inferuitatem spiritus redigere potest: ea sunt maceratio Col. 3 carnis peccati, labores honesti, & uigiliæ: mori quotidie affectibus & concupiscentijs ueteris Adæ: mortificare membra terrestria, stuprum, immunditiā, molalitiem, concupiscentiā malam, & auaritiam, atq; adeò exuere ueterem hominē, qui corrumpitur iuxta concupiscentias

cupiscentias erroris : renouari uero spiritu mentis, & induere nouum hominem, qui iuxta deum conditus est, per iustitiam, & sanctitatem ueritatis. Atq; in his quidem tribus consistit tota Christiani uita & salus.

Sed ut recte intelligas quod dico, totius ordinē negotijs, cœu per exemplū subiectam oculis. Si quispiam conspecta necessitate proximi, crasso saltē carnalis pietatis affectu ductus, beneficij quippiā in illum contulerit, exercitatio quidem est, quæ in facie mundi haud utique contemni poscit: imo ut maius dicam aliquid, non carent huiusmodi exercitationes mercede sua, sed temporali duntaxat, non etiam spirituali. Sic obstetri cibus in Aegypto beneficisse deum legimus, quod in Exod. 1 populum suum misericordiā exercuissent: quod timorem dei, longe præcepto impij regis anteposuissent. Non carent etiam paleæ donis suis, licet mox à uento differgendæ, ac in ignem mittendæ: non secus ac hypocritæ, exercitationū suarum mercedem recipere dicuntur à Christo, nempe popularis auræ gloriæ, & præterea nihil. Fieri enim potest, ut quispiam in oculis mundi pie uitam transfigere uideatur (quemadmodum hypocritæ, de quibus sepe Christus) tamen in oculis dei abominabilis sit pietas illius. Contrà fieri poterit, ut quispiam planè impie facere in oculis mundi uideatur, qui uere uitam pietatis in oculis dei incedat. Sic Martha sororem, haud satis pio zelo accusat, quod extera Luc. 10

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ni illius, in Christum, ministerij partes negligenter. Sic Abraham immolando filium suum, non solum aduersus deum impie, uerum etiā aduersus naturam crudeliter incedere uideri poterat incredulis, et quibus uera animi pietas incognita adhuc manebat. At qui totius negotij caput, fidei oculis, penitus introsperint, Abrahamum nō tantum nō crudeliter, sed et pie iuxta ac sapienter fecisse iudicabūt. Deus enim, nō Abrahamus, sollicitus esse debebat, quò promissio Abrahæ facta, compleretur. Hinc nō omnis statim exercitatio promissionē habet præsentis uitæ ac futuræ, sed ea dū taxat quæ cū animi pietate cōiuncta est. Qualis esse 1. Cor. 9 queat uel Pauli, qui omnia factus omnibus, ut omnes lu Exod. 32 erifaceret: uel Mosis, qui propter filios Israël ex libro uitæ expūgi optabat, saltem populo suo peccatū dimit Philip. 2 teret deus: uel Christi, qui cū in forma esset dei, formā serui accepit, humilians se ad mortē usq; mortem aut crucis. Alioqui si omnis exercitatio, pietas est dicenda, quī sit ut copiae illæ, phalanges, cohortes quoq; ac reliquæ omnes militum legiones, minime pietatis nomine à nobis censeantur? An quia dixit quidam: Lucan. 10 Nulla fides, pietasq; uiris, qui castra sequuntur, Venalesq; manus: ibi plas ubi maxima merces? Latini ab exercendo, iustas illas militū copias, exercitum uocarunt, quod se se illic milites sub armis exerceant. Quin etiā ingenium exercere dicuntur, qui post longe

longe in honestis disciplinis nauatam operam, lucubrationibus aliquot, ingenij sui uires experiuntur. Quanta quam nec hi quidem frustra exercentur. Nam præterquam quod secum tacitam quandam laborū suorum percipiunt uoluptatem, etiam, dum admirationi sunt mundo, præmium studiorū suorum recipiunt laudem. Quia porro huiusmodi exercitationes corporales sunt, nec spiritū satis referunt, ideo parū utilitatis adferre dicuntur: neq; quicquā præterea habent, quam quod querunt præmiū laudis humanae. At uera pie-
tas, præterquā quod illi externi hominis benedictiones promittuntur, etiam interni hominis benedictionibus nō est destituta. Quod utrumq; Abraham factæ promissiones ostendunt. Postquā enim dixisset deus: Egressus de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: subiunxit, dicens: Faciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomē tuū, erisq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicētibus tibi. Et aliam, quæ in plenitudine temporum adimplenda adhuc erat, adiunxit, per quam credentiū mentes in spem capescende olim, futuræ uitæ, felicitatis, erigerentur, dicens: Atq; in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Eadem pene, immo per omnia eadem, uerbis duntaxat parum immutatis, promisit deus Isaac, & Iacob patriarchis, quæ antè promiserat Abraham. Nam post obitum

Gene. 12

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Gene. 25 Abrahæ, benedixit deus Isaac filio eius. Ipse enim habuit, ut scriptura testatur, possessiones ouium, & armis torum, & familiæ plurimū. Et apparuit illi dominus

Ibid. 26 nocte dicens: Ego sum deus Abraham patris tui: noli timere, quia ego tecum sum. Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, propter seruum meū Abraham. Iacobo autem eandem benevolentia repetens dicebat:

Ibid. 28 Ego sum deus Abrahā patris tui, et deus Isaac. Terrā in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo, eritq; semen tuū quasi puluis terræ. Dilataberis ad orientē, et occidentē, & septentrionē, & meridiē: & benedicetur in te & in semine tuo cuncte tribus terræ. Neq; his tantū benevolentiae suæ dona promisit deus, sed prorsus etiā reliquis omnibus, qui iuxta regulam uerbi sui ambula-

Deut. 28 turi essent: id quod longa oratione in Deuteronomio Moses complexus est. Hodie non minora per Christū promittuntur credentibus Euangelio. Nam omnem prorsus cibi, potus, indumentiq; nobis præripuit solitudinem: dcumq; ceu patrem, horum omniū in sece

Matt. 6 curam transtulisse ostendit, dicens: Nouit enim pater uester coelestis, quod opus habeatis his omnibus: quin potius querite primū regnum dei, & iustitiam eius, et hæc omnia adiicientur uobis. Et hæc est pietas cui adiunctam esse dicit Apostolus promissionē præsentis a futuræ uitæ. Quod si qui pīj hoīes operibus se exercent adhuc, ad extirpandas penitus omnes reliquias peccati,

peccati: id faciunt, nulla legis conscientia, sed sola li-
beritate spiritus adacti. Siue igitur edant fideles, siue
bibant, siue quid aliud faciant, omnia in gloriā dei faci-
unt. Sic Paulus semper magis magisq; corpus suum 1. Cor. 9
castigat, & in seruitutem redigit, quod illud sibi ad uti-
litatem ecclesiæ dei, conducere uidebatur. Neq; quicq;
sibi iustitiæ, in oculis dei, ob illas quantūvis præclaras
exercitationes polliceri ausus est: quandoquidē uitam
illam, quā uiuebat in carne, per fidem uiuebat filij dei. Gal. 2
Atq; hic est indubitatus ille sermo, dignusq;, qui omni-
bus modis approbetur. Quod si uera nō sunt que di-
ximus, frustra Apostoli sancti prædicandi Euangelij
partes suscepérunt, frustra tot pericula, tot mortes
subierunt. Nam nisi & hic præsens à cœlo auxilium,
spiritu mentis siue prægustassent, nisi immortalitatem
futuræ uitæ à deo dari sperassent, neq; labores, neque
mortem forti animo contempssissent: sed aut turpiter,
quod uerum est, dissimulare, aut impie & manibus &
pedibus in aduersariorū sententiam abire oportebat.
Cuius rei fidem facit Apostolus, paucis quidem uerbis,
sed quæ cum maiestate, quandam etiam animi fortitu-
dinem præ se ferant, dicens:

Nam in hoc & laboramus, & probris
afficimur, quod spem fixam habemus in
deo uiuente, qui est seruator omniū ho-

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI
minum, maxime fidelium. Præcipe hæc
& doce.

Contemptor periculorū animus ex natura pietas
Rom. 8 tis nascitur. Hinc uoces illæ: Quis nos separabit à di-
lectione dei? num afflictio? num angustia? num perse-
quutio? num famæ? num nuditas? num periculum? num
gladius? Et cætera quæ capite 8. epistolæ ad Rom. se-
quuntur. Siquidem simul cum Christo patimur, ut **T**
una cum illo glorificemur. Nam reputandæ nō sunt
pares afflictiones præsentis temporis ad gloriam, quæ
Matt. 5 reuelabitur erga nos. Et ideo beati esse prædicantur à
Christo, qui persecutionē patiuntur propter iustitiā.
Et beati, inquit, estis, cū probra iecerint in uos hoīes,
& insectati fuerint, et dixerint omne malū uerbū ad
uersus uos, mentientes, propter me. Nam ut Petrus
1. Pct. 4 apostolus dixit: Si ut Christianus affligitur aliquis, ne
pudeat, immo glorificet deū in parte hac: quandoqua-
dem et tempus est, ut incipiat iudiciū à domo dei. Neq;
enim fieri potest, ut nō odiat discipulos Christi mūdus,
Ioan. 15 quæ admodū scriptū est: Si de mundo fuissetis, mundus
quod suū est, diligeret: quia uero de mūdo nō estis, sed
ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mūdus. Et
Ibid. 16 iterū hæc omnia futura prædixit Christus: Alienos, in-
quiens, à synagogis facient uos: & ueniet tempus, ut
quisquis interficiet uos, arbitretur se cultum præstare
deo. Et tandem post tot horrendas & duras, quas in
mundo

mundo habituri erant sui, afflictiones, consolationem
 adiecit, dices: Sed bono sitis animo, ego uici mundum.
 Hinc factū, ut electi dei, cū Apostolo, nō solū gloriens
 tur sub sp̄e gloriæ dei: uerum etiā gloriatur super affli
 ctionibus, sciētes, quod afflictio patientiā pariat, pati Rom. 5
 entia uero probationem, probatio aut̄ sp̄em: quæ sp̄es
 quia fixa est in deo uiuēte (à quo ceu fonte bonorum,
 omnia omniū hoīm proficiscuntur beneficia, præcipue
 uero fideliū) nō destituet quenq; Hæc itaq; Christiani
 episcopi autoritas esto: Primū præcipiat ne quid per
 contemptum seu prudentes, quod oculos dei offendere
 queat, designet subditi. Deinde eos, qui per ignorantia
 deliquerūt, doceat. Et potest præceptū episcopi formi
 dine ac amaritudine mixtū esse, donec autoritate uerbi
 sancti, totā illā manifeste facinorosorū turpitudinē uel
 cohibuerit, uel radicitus euilserit. Doctrina aut̄ magi
 strū referre debet Christū, qui dixit: Discite à me, quia Matt. 11
 mitis sum, & humilis corde. Alioqui si austerus, aut
 crudelis sit doctor, quomodo parvulis, hoc est, simpli
 cibus illis in mūdo, & peccatorū iam pōdere plus fa
 tis depresso, promissā in euāgelio gratiā persuadebit
 Certe Christus magno, cū modestiæ, tū amoris studio
 tales, ut ad se ueniāt, inuitat: Venite, inquiēs, ad me
 omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refocillab
 bo uos. Illū imitetur Christianus doctor, præcipiendo:
 illius mores & animū referat, docēdo. Cui sit honor,
 & potestas, in omnia secula. A M E N.

Cap. III. ANNOT. IN EPIST. PAVLI
DISTRIBVTIO XII

Sapientes ac maiores olim nostri, nō tam grandes
silllos dierum, quām florentes adhuc ētate uiros se
penumero & honoribus & officijs publicis, magna
cum alacritate præficere consueuerunt. Etenim qui
cunq; uel urbis uel patriæ rebus, sapienter & cum uir
tute consuluisse, aut alioqui afflictam rem publ. ab ho
stibus in libertatem rursus afferuisse, ille nimis pro
magnitudine suscepti periculi, pulcherrimā à ciuibus
suis laudem reportabat, Senectus et si, ob longā illam
multarum rerum experientiā, utilis esse queat admis
nistrandis rebus publicis, quia tamen, ut Flaccus Lyri
cus uates dixit: Multa senem circumueniunt incōmo
da: haud præter decorum fuerit, si non nunquā etiam
iuuentuti habendas rerum cōmiserimus: præcipue si qui
integritate uitæ, prudentia et spectata aliqua in rebus
gerundis animi in dōle, se nobis cōmendauerint. Voco
autem iuuentutem tempus illud quod ab anno duodecim
trigesimo incipit, ac in quadragesimū quintum usq; de
finit. Nam si M. Varroni credimus, uita humana in
gradus quinos partitur: atq; unicuiq;, præter extre
mum, anni quindecim assignantur. Itaq; à natali die
ad annum usq; quintumdecimū, pueri, hoc est, impu
bes uocantur homines: deinde ad trigesimū usq; annū,
ab adolescenti, cognominantur adolescentes. Tertio,
à trigesimo ad quadragesimū quintum usq; iuuenes ap
pellantur,

pellantur, quod eo potissimum tempore rem publicā in
re militari iuicare possint. A quadragesimo uero quin-
to anno, ad sexagesimū usq; à senectute seniores uo-
cantur, quod primum tunc senescere corpus incipiat.
Quintus autem deinde & ultimus gradus, totum il-
lud usq; ad finem uitæ tempus comprehendit, quæ qui
attingunt, à senio senes appellātur. Hippocrates, pau-
lo diuersius quam Varro, in septem spacia partitus est
uitam humanā: ac primum illud septem primis annis
complectitur: nostri infantiam dicunt. Secundū de cem
& quatuor annis inclusit: nos pueritiam uocare possis-
mus: quando uario ludorum genere, luctæ, cytharæ,
ac etiam literarum studio, exerceri iam incipimus.
Tertio, duodecimtrigesimū annum posuit finem, quidam
adolescentiam uocarunt. Quarto, trigesimū quintum
tribuit annum: nos iuuentutē dicimus, quod eo tem-
pore uigor in corpore regnet, quod ætatis perfectio
tunc adesse incipiat. Quinto, quadragesimū secundum
assignauit: quod tempus, ætas uirilis à multis appellat-
ur: tunc enim res præclaras, opes, regnum, & uicto-
rias affectamus. Sexto spacio, quinquagesimū sextum
annum tribuit, & senectus à nobis dicitur, quo tempo
re prudentiae studendū est. Septimo & postremo ultimū
uitæ tempus assignauit, quod senium à quibusdā
uocari percepimus, quādo inutiles esse cœperimus ge-
nerationi, ac decrepiti supremū uitæ diem securi iam

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVL

expectamus. Hæc forsitan copiosius à me dicta sunt, quod ut patienter ferre queat morosa quorundam loquendi breuitas: quorū inuidiosam censuram, nihil moramur in præsentia, cum præsertim non aliò respexerimus, quam ad illustrandam apostolicæ maiestatis gloriā, ad percipiendum apostolicorum uerborum sensum: idéoque hæc tanquam parerga haud grauatum suo peradiecumus, quibus & fidem & amorem erga Christum & ecclesiam eius testari placuit. Sed nunc ipsummet Apostolum, ad Timotheum scribentem, audiamus.

Nemo, inquit, iuuentutem tuam despiciat, sed esto forma fidelium in sermone, in conuersatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate.

Quanquam ueritas religionis Christianæ prorsus omnem humanæ sapientiæ altitudinē transcendat, tamen quia illius fundamentū est deus, nulla ætas beneficiorum eius incapax esse potest. Maiora enim sunt dona dei, quam ut uel senectute, uel iuuentute excludant. Imò nonnunquam maiorem mundo admiracionem adferunt dona dei iuuenibus collata quam senibus, in doctis quam sciolis, stultis quam sapientibus: sicut luculententer alibi de prædicatione crucis indicauit I. Cor. I. Apostolus. Nam, inquit, postquam in sapientia dei, non cognovit

cognouit mundus per sapientiam deum, uisum est deo
per stultiā prædicationis saluos facere credentes. &
reliqua quæ in priore ad Corinthios epistola, capite
primo, in hanc sententiā sequuntur. Huius rei præter
apostolos crucis Christi prædicatores, exemplo esse
queant pueri illi apud Danielem, quibus dedit deus Daniel.
scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia.
Et, ut scriptū est, quū eis loquitus fuisset rex Nabu-
chodonosor, non sunt inueniti tales de uniuersis ut Da-
niel, Ananias, Misael & Azarias. Omne enim uerbū
sapientiae & intellectus quod sciscitatus est ab eis rex,
inuenit in eis decuplū super cunctos ariolos et magos,
qui erant in uniuerso regno eius. Sic nō iam uetulo illo
Heli, sed Samueli longe adhuc natu inferiori, cum nō 1. Reg. 5
esset manifesta uisio in Israël, apparuit dominus. Et de
Tobia legitur: cum esset iunior omnibus in tribu Ne- Tob. 1
ptalim, nihil tamen puerile gesit in opere. Denique
& Hieremias ille in utero matris sanctificatus pro- Hierc. 1
phetæ, cum missionem ad gentes deprecaretur, dice-
rētque: Nescio loqui, quia puer ego sum: audiuit:
Noli dicere, quia puer ego sum. Nam quod neque
ætas, neque longa rerum exercitatio donare potes-
rat, hoc gratia illi concessit diuina. Et quod inficias
ire nō possumus, iuuenis erat Hieremias, iuxta exter-
ni hoīs ætatem: sed quoniā dominus dederat uerba sua
in ore eius, quibus primū euelleret, destrueret, dispers-

Cap. III. ANNOT. IN EPIST. PAVLI

deret, deinde etiam ædificaret & plantaret: factū est ea uirtute uerborum, ne quid unquam diuersum uerbo dei admitteret, ne quid puerile uel saperet uel ageret. Optandum & nobis, ut non tam pro ætate externi & mox interituri corporis, neq; pro officio episcopali, q; pro interni hominis illuminatione, profectu, grauitate, constantia, sapientia & gratia apud deum & homines, presbyteri, hoc est seniores appellemur. Talem fuisse Timotheū non est quod amplius addubitemus:

Sap. 4. Strina spiritus. Nam, ut scriptum est: Senectus uenerabilis est, non diuturna, neq; annorum numero compunctata. Cani sunt autem sensus hominis, & etas senectutis uita immaculata. Proinde Apostolus breui enumeratione ceu gradu quodā uirtutum, omne illud Christiani episcopi officium complexus est. Nam qui hisce uirtutibus munitur, facile contra oblatratores ueritatis consistet, neq; quisquā hunc, ceu ignavum mancipium aliquid, tutò uerbis aut factis laceſſere audebit.

Porrò qui uult esse forma fidelium in sermone, pri mū studet ne unq; ueritatis nomine mendaciū uendicet: ne lenocinio aut fuso uerborum imponat simplicibus: ne simistros affectus, blandiloquentia lingue occultet: ne ambigua, pro certis temere defendat: ne quid, quod reuera ſalſum est, uerbis obscuris, ecclefie Christi per suadat. Nam ea opinio ferè ſemper recepta fuit ab omnibus,

omnibus, ut eiusmodi sint hominis mores, cuiusmodi
est oratio. Ideoq; sapientes dum hæc diligentius pensa-
tauissent sermonem, dixerunt, simulacrum esse factos-
rum. Nimirū ostendentes, ex oratione perinde ac in
speculo spectari cuiusq; hominis mentem. Apostolus
ad Colossenses scribens, quatenus erga magnos, me-
diocres, & infimos, cum gratia & sermone humanita-
tis, tum in his etiam prudentiæ temperamento, ut endū
eſſet ostendit: Sermo, inquiens, uester semper cum gra-
tia, sit sale conditus, ut sciatis, quomodo oporteat uos
unicuiq; respondere. Nec quicquā magis Thessaloni-
censibus optare uidetur, quam sic corda illorū à Chri-
sto & deo patre consolentur, ut quām fieri queat con-
stantissimi reperiantur in omni sermone & opere bo-
no. In altera quoq; epistola bortatur Timotheum, ne
quid improborū sermonum admittat, quod hi semper
ad maiorem ducant impietatē. Nam, ut dicit, talis ser-
mo perinde ac cancer morbus passionem habet. Quid
multis & talem esse uult episcopum ecclesiæ Christi, ut
omnis illius sermo præter Christianæ mentis imaginē
referat nihil. Atqui hoc non satis fuerit episcopo. Ulte-
rius promouendū erit, ut scilicet uitæ conuersatione,
& morum honestate reliquā multitudinē antcedat.
Alioqui neq; doctrina aude suscipitur, cuius uita con-
temnitur. Et Christus nihilo secius etiam cum dixisset Matt.
ad apostolos: Vos estis lux mundi: protinus sic insit:

Col. 4

Theſ. 2

2. Timo. 2

Cap. III. ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, glorificantq; patrem uestrum, qui est in cœlis. Ob id opinor & Apostolus noster in præcedentibus, episcopum esse uoluit irreprehensibilem: quod consuetudo episcopi, totius ecclesie corpus facilime ad sui imitationem pellicere queat, siue uirtute prædictus sit ille, siue uitiorum prauitatem corruptus. Porro ne quid per inanem gloriā, aut hypocrisim (quibus nonnulli uerbis duntaxat & operibus in specie bonis, mundo commendari cupiunt) designaret episcopus, subiunxit etiam: In dilectione: ut in obediētis officiis indiscriminatim rapiatur erga omnes. Quia enim episcopi ministri Christi sunt, quia dispensatores mysteriorum dei sunt, conueniens est, illius se mentem spiritu charitatis referre, qui tam nos dilexit, ut pro peccatoribus mortem crucis subire non sit deditus.

Adhuc autem ne mente se effera episcopus, ac domino spiritu dei, non omni ex parte respondeat, dicit: In spiritu. Quales nimis oratores etiam requirit pater **Ioan. 4** cœlestis, qui adorent eum in spiritu, non qui strepitunt labiorum uocem intendunt. Eodem modo hic Apostolus episcopi munus ex spiritu & animo, sine fisco, sine dolo, aut simulatione aliqua, constare præcipit. Deinde ait etiam: In fide: quo uerbo constantiam animi in perferendis persecutionibus propter iustitiam intelligo. Quæ uirtus, quamvis communis esse debeat

beat Christianis omnibus, ea tamen præcipue ab his requiritur, qui dominicæ familie, tanquam uiua euangelicæ perfectionis exemplaria, præponuntur. Postremo, in puritate, adiunxit: qua uoce, omnem illam dictarum uirtutum naturam, ceu circulo quodam inclusit. Et ne quid præterea Timotheum lateret, quod ad summam pastoralis officij scientiam pertinet, illius etiā in legendis literis sacris diligentia requirit: quoq; alacritatem illius accenderet magis, ac etiam animū discipuli in spem uidendi magistrum erigeret, his quidem uititur uerbis:

Donec uenero, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne neglexeris qd in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manū, autoritate sacerdotij.

Quia enim quibusdā iunior esse uidebatur Timotheus, quam ut tantæ prouinciae unus sufficere posset: ideoq; quod facile coniecturis colligitur, præceptoris aduentum desiderasse discipulum, ut cuius magisterio indies magis ad tuendas cōmisi officij partes, redderetur habilior: cuius cum statim desiderio satisfacere nequiret, interim ad sacrarum literarū lectionem illum remittit Apostolus, ut iuxta illius regulam, & exhortarentur negligentes, & docceretur errantes. Utimur

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PÄVLI

enim exhortatione uel ad eos qui mœrore, ex cognitione peccatorum afficiuntur, uel qui seigniores in via mandatorū dei currunt. Doctrina aut̄ indigent, qui nondum perfecte cognitam habent ueritatem, quos facile à ueritate euangelica aberrare cōtingit. Qui quoniam nō malitia proposito, sed simplicitatis delectu, in rebus spiritus labuntur, docendi sunt quām nō conueniat delectus hoīs, in speciem bonus, cum ueritate uerbi sancti. Vnde caute à ratione carnis, ad spiritū, à mendacio, ad ueritatem, tanquā ad fontem & caput boni perducendi sunt. Neq; enim tutum est, uel hominibus, uel angelis, aures aut fidem præbere, nisi cerio illos iuxta sensum uerbi dei loqui senserimus. Solet 2. Cor. II enim, ut scribitur, nō unquā satanas, in angelum lucis sese transferre, quō facilius imponat incutis. Sic pri mis paradisum adhuc incolentibus parentibus, impo Gene. 3 suit serpens, cum diceret: Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij. Sic Petrus tenebras pro luce adeptus, Matt. 16 indignū ducebat, si pateretur Christus, dicens: Propri tui tibi sis domine, nequaquam erit tibi hoc. Et rursum Ibid. 17 Mosen, Heliam, hoc est legem & prophetas, à Christo diuellere cupiens, dicebat: Domine bonū est nos hic esse, si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, & Heliae unum. Semper colloquuntur Moses & Helias cum Christo. Nunquā recte ab Euā gelio Christi, separantur lex & prophetæ. Non ergo tria illis

PRIOREM AD TIMOTH.

tria illis tabernacula facienda, quando tanta uicinitas
te coniungantur, ut facile colloqui possint: quando tan-
to spiritus dei glutino deuincti sint inuicem, ut nisi cō-
periculo salutis, diuelli queant. Quid enim lex, (qua-
tenus spiritualis est) præter Christū & doctrinam il-
lius spirat? Quid tot signa, tot victimæ, tot sacrificia
legis, præter unam Christi mortē repræsentant? Hinc
dicebat Christus: Sicut Moses exaltauit serpentē in de- Ioan. 3
serto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui
credit in eum, nō pereat, sed habeat uitam æternā. Et
alibi ad Iudeos loquebatur: Si, inquit, Mosi credidisse Ibid. 3
tis, credidissetis & mihi: de me enim ille scripsit. De
prophetis, quām ēgre possint diuelli à Christo, & q
omnia fieri oportuerit, quae illi de Christo prædixea-
runt, ipse discipulis ostendebat, ita loquens: Hæc sunt Luc. 14
uerba quæ loquutus sum ad uos, cum adhuc essem uo-
biscum, quod necesse foret impleri omnia, quæ scripta
sunt in lege Mosi, & prophetis, et psalmis de me. At
que hæc docenda commisit discipulis suis.

Cæterum quia in his similibus scripturæ sanctæ sa-
cramentis, sine spiritu prophetæ, infeliciter desudat
mortalis intellectus: imò nisi etiam post acceptum pro-
phetæ spiritum, manifesto electionis signo quisquam
ad id muneris uocetur, merito indignus reputabitur,
qui alijs diuina dispenset mysteria. Primū enim quia
mercenarius est (sic Christus uocat) ora ueniētis lupi, Ioan. 10

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

uerbo uitæ occludere nequit. Deinde, quia non per ostium, sed aliunde, in dominicū ouile ascendit, fieri nō potest, ut salubriter periclitantibus subueniat, errantes dirigat, uacillantes ac nutantes confirmet. Vnde hoc loco ait Apostolus: Ne neglexeris quod in te est donū. Donum uocans spiritum scripturas interpretandi, ac electionem illam siue uocationem, qua tanquam signo (impositione scilicet manū presbyterij, siue seniorū) ad hoc tam arduum episcopi munus declaratus fuit Timotheus. Non erat necessaria illa olim frequētata manuum impositio, sed tanquā ex lege cominus, eminusq; arrepta, ut cuius ceremoniarū fastus nondū plene exoleuisset, præcipue apud eos, qui ex Iudeis ad Christum concesserant. Porrò hac manū impositione significabant ueteres olim, penes ecclesiam ius et autoritatem esse legendi episcopum: eumq; moribus episcopo dignis præditū esse, quem hac nota reliqua congregationi seniores insinuassent. Præterea neque cuiquam temere manus imponebant ueteres illi theologi, nisi longa prius consuetudine, & uitam, & doctrinam illius, qui alijs præficiendus erat, explorasset. Vigebat adhuc præceptum apostolicū, quo admonemur, ne manus cuiquā citio imponat episcopus. Hodie secus aguntur omnia: nam ea nunc est ferè episcopi commendatio, nō si operibus sanctis incumbat, sed si potentia tyrannica præstet. Et is nunc melior est, cui opes

cui opes magis quam fides in precio sunt. Olim is mea
lior & doctior habebatur, non qui plus auri possidea-
bat, sed qui sensum spiritus reddebat expressius: qui
sic mente secum habitaret, ut nunquam custodiam suam
desereret, sed uigilanter undique prospiceret, ne qua
parte inferiorum portae, aduersus ecclesiam Christi,
prævalerent. Ideoq; & speculatores dicuntur tales:
quod scilicet episcopi officium sit uigilare pro popu-
lo primū, deinde & annunciare, arguere quoq; & in-
crepare, exhortariq; si quando uiderit imponentem
teruicibus populi gladium iræ dei. Sic dominus apud
Ezechielem loquitur: Terra, cū induxero super eam Ezech. 23
gladium, & tulerit populus terræ virum unum de no-
uisimis suis, & constituerit eum super se speculatorē,
& ille uiderit gladium uenientem super terram, & ce-
cinerit buccina, & annunciuauerit populo: audiens aut̄
quisquis ille est sonum buccinæ, & nō obseruauerit, ue-
neritq; gladius, & tulerit eum, sanguis ipsius super
caput eius erit. Sonum buccinæ audiuuit, & nō se ob-
seruauit, sanguis eius in ipso erit. Si autem se custodie-
rit, animam suam seruabit. Quod si speculator uiderit
gladium uenientem. & cætera apud eundem prophe-
tam, quæ sequuntur. Apostolus alibi quoq; scribens
Timotheum suum obtestatur per deum, ne unquam non
fortiter episcopi murus obiret: At tu, inquit, uigila in 2. Tim. 4
omnibus, obdura in afflictionibus, opus perage euana-

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

gelistæ, ministeriū tuum ad plenum probatū reddito.
Neq; illud prætereundū ei, cui apostolicæ præfecturæ
functio delegatur, quatenus uocationis suæ documentū
præbere debeat, nō quidem ipse duntaxat morum ho-
nestate, sed & doctrinæ ordine. Qua in re hoc quisq;
studere debet, ne unquā ex Mose, Christum: ex Chri-
sto, Mosen faciat: hoc est, ne uerbo legis pro Euange-
lio, aut rursus uerbo Euangelij, pro lege turpiter abu-
tetur. Lex terret, cōminatur poenā: Euangelion conso-
latur, condonat peccata. Porrò uerbum legis, etiam si
terreat, etiam si poenā infligat, nihil est eo tamen effi-
cacious ad humanæ mentis superbiam deiſciendā. Nam
quemadmodū si morbi grauitas cognoscatur, medicio-
na desideratur: ita cognita peccati grauitate, auxiliū
liberatoris dei implorat peccator. Qui mox ut anxie-
querere cœperit gratiam, niſi mature uerbo Euange-
lij illi succurras, fieri nequit, ut conterrita ad uerbum
legis conscientia, diu in tam ancipiti conflictu perſis-
tat. Solent enim qui uel leuiter faltem desperationis li-
men calcauerint, mox deum ipsum uel impotentia ar-
guere, ut qui peccatoribus, et si maxime uelit, ignosce-
re non posſit: uel malitiæ notam illi inurere, ut etiam
si posſit, nolit tamen commiserere peccatoribus. Que
duo maxime impedimentoa sunt, ne fese ad frugem bo-
nam recipere queat animus. Nam ea protinus ut ani-
mum occupauerint peccatoris, & ſpem & robor cō-
sequenda

sequendæ deinceps salutis eneruant, prosternunt, iugulant. His igitur insistendū, in his meditandū Christia-
no episcopo, ut non minus sanctorum scripturarū stu-
dio, quam uitæ integritate, semper reddatur melior: id
quod Timotheo commendare pergit Apostolus, dices:

Hæc exerce, in his esto, ut tuus profe-
ctus manifestus sit in omnibus. Attende
tibi ipsi & doctrinæ: persiste in his. Nam
id si feceris, te ipsum seruabis, & eos qui
te audierint.

Dupliciter in cumulum felicitatis cedere dicit, si
episcopus officij sui partes, & sedulò, & constanter
tueatur. Siquidem ubi morum sinceritas, doctrinæ ve-
ritatem commendauerit, fieri nequit quo minus & se-
ipsum & auditores seruet episcopus. Qui enim non
sua querit, sed quæ Iesu Christi: qui nulla hypocrisi in
delegato sibi munere inficitur: qui animum habuerit
ab omni inuidia, auaritia, ambitione alienum, qui
omnia uere et ex animo & docet & facit, sollicite pro-
spiciens semper ne alijs prædicet, ipse reprobus efficiat-
ur, is inquam facile & seipsum & reliquam multitudi-
nem seruabit. Quomodo enim qui recte docet, nec mi-
nus recte uiuit, in exitium alios abduceret? Duplici no-
mine utilis est, qui, quod alios docet, uiuit. Primum
enim & conscientiæ suæ satisfacit, quia satisfaciente

Cap. IIII ANNOT. IN EPIST. PAVLI

tota illi salutis humanæ ratio constat. Deinde & alios
in spem consequendæ salutis erigit, per Christū seruato
rem nostrū, qui est benedictus in secula deus. AMEN.

DISTRIBVTIO XIII

CVm episcopus in eo autoritatis fastigio constitutus sit, quo in ecclesia, neq; sublimius, neq; sanctius aliquid intelligitur: ante omnia caute circumspiciendum illi, ne quid unquam in corrigendis peccatoribus, euangelica mansuetudine indignum admittat. Etenim qui præest ecclesiæ, non tam solitus esse debet ut scientia scripturarum sanctorum, ac uitæ integritate reliquam congregationem præcedat, quam necessaris obiurgationibus aliorum uitia acrius infestatur: præcipue si qui tales sunt, in quibus uitæ adhuc melioris indicia quoquo modo conspicuntur. Apostolus magis semper amari cupiebat, quam timeri, id quod tot benignæ atque salutares illius admonitiones testantur, quæ Paulinæ philosophie uel leuiter initiatum latere non possunt. Qui porro secus affectus fuerit, ut timeri uelit plusquam amari, huic tu baud recte ecclesiæ gubernacula commiseris. Debet enim episcopus modestissime peccatis obuiam eundo, etenus officij sui autoritatem ostendere, quatenus, si fieri queat, uniuersis uehementer charus, aut saltē nisi pessimis terrori, esse uelit. Velle insuper & priuatim singulo-

singulorum, et publice uniuersorum animos aut fles-
tere ad pietatem, aut cohercere saltem quorundam
intempestiuā peccandi licentiam. In quibus rebus sibi
non solum natu seniores, sed et iuniores: non solum
anus, sed puellas quoque et uidentes: immo omnem etas-
tem, omnem statum Christiana quadam familiaritate
et amicitia coniungere debet. Nullam igitur admonis-
tio illius asperitatem contineat, nullam inuidiam, nul-
lam scœ uitiam, nullam contumeliam: sed censura qua-
dam charitatis ceu prudentia spiritus, ubi opus fuerit,
delegati officij sui partes moderetur, ne quando uera-
bis asperius quam expedit, in ullam etatem debac-
chetur. Qua de re Apostolum sic præcipientem au-
diamus.

C A P V T V



Eniorem ne saeuius obiur= ges, sed adhortare ut patrē, iuniores ut fratres, mulie= res natu grandiores ut ma= tres, iuniores ut sorores, cū omni castitate.

Tantum abest ut episcopo ius sit exercende tyran-
nidis in subditos, ut etiam illum ab omni prorsus im-
moderata obiurgatione alienum esse uelit Apostolus.

Cap. III ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Qui enim immoderatus, uerbis acrioribus, aduersum delinquentes insurgit, hic præterquā quod importuna hac sua acerbitate odium sibi conciliat, etiam tyranni dis suspicionem haud infrequenter incurtere uisus est. Intempestiuum medendi genus, humanis erratis, acrioribus uerbis, obuiam ire: quanquā & hoc interdū in temperantius peccantes remedio, innocentiae restituti sunt. Nam quemadmodū qui sectiones & usturas in morbis pericolosis, ne totum corpus pereat adhibent, non hoc agunt ut interimant, ut malum malo accumulent, sed ut seueritate doloris uel minuant uel adimant, quod attactum lenitate, nulla curationis signa ostendebat. Sic non alia ratio in corrigendis hominū erratis habenda: aut enim admonitionibus sanctis acquiescit peccator, & in sinum ecclesiæ cum gaudio recipitur: aut ad frugem bonam redire contemnit, & in aliorum cum timorem tum consolationē cōtemptorē puniens, diuini autoritatem uerbi demonstrat ecclesia Christi. Atq; in his episcopus omnē ubiq; sinistram suspicionē declinare studens, nihil unquā odio aut amore peruerso in delinquentes designabit: sed memor Christianæ disciplinæ, seruata ubiq; charitate (qua sine nunquam recte fructus admonitionis sanctæ expetitur) omni prorsus ex aequo ætati pharmacum correptionis at temperabit. Quia enim medicus animarū dicitur, saudare, non nocere debet episcopus. Nam et potestas illi data

data est à domino, in ædificationē, non in destructio- 2. Cor. 10
 nem. Expedit fortassis nōnunquā peccantes acrius in-
 crepare, secundum quod paulo post admonet Aposto-
 lus etiam, inquiens: Eos qui peccant, coram omnibus
 argue. At indiscriminatim in quoslibet, quibuslibet de-
 causis inuchi, ut irati, ita inconsiderati, parumq; exer-
 citati in philosophia Christiana est hominis. Secus fue-
 rit in causis supra modū grauius, ubi negligencē aut
 somnolentum esse episcopum nullo pacto conuenit.
 Paulus uehementi ac pleno spiritu in Galatas inue-
 ctus est, quod ab euangelica libertate, rursus ad iugū
 Mosaicæ legis defecissent: Miror, inquit, quod à Chris- Gal. 1
 to, qui uocauit uos per gratiam, adeò citò trans fera-
 mini in aliud Euangelium: quod nō est aliud, nisi quod
 sunt, qui turbant uos, & uolunt inuertere Euangeliū
 Christi. Neq; uero semel duntaxat usus est hac obiura-
 gatione. Nam etiam in consequentibus ostendit, quod
 increpatione digna admiserint, cœvortans illos appellans,
 ac eam ob rem duplii nomine culpandos ostensa-
 dit: & quod ab impostoribus persuasi doctrinā ipsius
 eleuarent, & quod celerrime persuasi, obseruationem
 legis Mosaicæ attollerent. Potuisse mitius agere cum
 Galatis Apostolus, si quamdiutissime in sana doctrina
 perdurassent. Quanquā nec ille immerito reprehendi-
 tur, qui post longum temporis spacium à ueritate uer-
 bi diuini refutit. Cæterum qui mox in bello ad primū

Ibid. 3

Cap. v ANNOT. IN EPIST. PAVL

canentis tubæ clæsicum, hastam & gladiū abiiciunt,
extremæ de se ignominiae specimē declarat. Qui post
agnitam semel ueritatem, rursus futurorū umbras dun-
taxat bonorū sequuntur, quomodo non magnā obiur-
gationem, ne dicam interim condemnationem, meren-
tur? Porro ne quid tale designarent Corinthij, sed in
ea, quam haud ita pridem imbiberant, doctrina Chri-
sti perseverarent: ne quando si, aspirante gratia dei,
illis daretur Apostolus, ipsum longe austeriorē, quam
uellēt, essent uisuri: cōminatur illis uenturū sese in uir-
ga austritatis & correctionis, nisi mature, in uiuā
1. Cor. 4 Christi redire pergent. Quid uultis? inquit: Cum uir-
ga ueniā ad uos, an cum charitate & spiritu lenitatis?
Vnde cum hic dicat: Seniorem ne sœuius obiurges, sed
adhortare ut patrem, &c. de leuioribus erratis acci-
pienda sunt, quibus leni quadam ac paterna castiga-
tione subueniendū: id quod alibi Apostolus noster de-
clarat, dicens: Formam, inquit, habeto sanorū sermo-
num, quos à me audisti cum fide & charitate in Chri-
sto Iesu. Et iterū: Seruum domini nō oportet pugna-
re, sed placidū esse erga omnes, propensum ad docen-
dum, tolerantem malos cum mansuetudine. Quemad-
modum autem uenia digni sunt, qui per ignorantiam,
rudes abhuc Christianæ philosophiæ, in rebus spiri-
tus excesserint: ita puniendi sunt qui temere, crebri-
us ué eadem in re deliquerint. Primus lapsus impru-
dentia

2. Tim. 1

Ibid. 2

denti.e imputari poterit: iterum atq; iterum labi mali
tue tribuitur. Nam ea est pessimorū consuetudo, ut sem
per immemores sint beneficiorū Christi, nunquā hone
stae uitae institutū sequantur, quim semper ad pristinæ
uitæ fordes redeant. Verum (ut apostolus Petrus scri-
psit) accidit illis id quod uero proverbio dici solet: Ca-
nis reuersus ad suum ipsius uomitum: & sus lota, re- 2. Pet. 2
uersa ad uolutabrum coeni. Bis peccantes: & quod be-
nignitate eoelestis patris abutuntur: & quod ultro si-
biipsis mortem adsciscunt, denuò domini iram contra
se se nouis subinde peccatis prouocantes. Christus in
Euangelio grauiissimum esse peccatum dixit, si cui, post Matt. 12
agnitam ueritatem, temere relabi contigerit, usq; adeo
ut immundo spiritu redeunte in domū suam unde exie-
rat, posteriora hominis illius longe siant peiora prio-
ribus. Vnde quandam præmonuit, dicens: Ecce sanus Ioan. 5
factus es, ne posthac pecces, ne quid deterius tibi con-
tingat. Et adulteram in gratiam recipiens, dicebat:
Vade, & posthac ne peccaueris. Porro cum Pharisæi Ibid. 8
neq; uerbis neq; operibus ullis induci possent, ut crede-
rent ipsum seruatorem mundi: cūq; prorsus iam omnis
ablata esset, reducendi illos ad pœnitentiam, spes: tan-
dem in eos ardenterissimo zelo stomachatus est. Cuius
rei uestigia paßim ubiq; in euangelica historia uisfun-
tur: que à nobis, quia plurima sunt, breui tempore
recenseri nequeunt.

Proinde in manifestis diutius immorandū non est, quin potius ad ea nunc quæ de uiduis traduntur precepta transitum maturemus, de quibus sic subiungit Apostolus, loquens:

Viduas, inquit, honora, quæ uere uiduæ sunt. Quod si qua uidua liberos aut nepotes habet, discant primum propriā domum pie tractare, & uicem rependerē maioribus. Hoc enim est honestum, & acceptum coram deo.

Hodie episcopi hoc de uiduis decretum ignorant, aut quod iuxta est ignorare se simulant. Nos uero apostolicam ordinationē non tam sanctam quam necessariam ducimus: eumq; qui harum rerum nullam habet at notitiam, haudquaquam idoneum censemus, cui tutò illa ecclesiasticorū honorum credi debeat dispensatio. Itaq; Apostolus honorandas esse docet uiduas, sed eas duntaxat quæ uere sunt uiduæ. Nam de alijs quæ falso uiduitatis nomine tument, ut nihil præcipit Apostolus, ita nolim temere curam illarum in se recipiat ecclesia. Quia enim oblite dignitatis suæ, Christianum nomen, turpiter uiuendo, dehonestant: merito auersantur eas fideles, ne quod facere audent istæ, approbare uideantur ipsi. Porrò non simplex est uiduarū conditio. Alia enim liberos sustulit, necdum amisit, & illos non solum

non solum externis illis & ciuilibus disciplinis imbuendos curat, uerum multò magis in spiritus palestra excendos ducit: nec corporalem duntaxat educationem impendere, sed & animi pietatem implantare illis studet, utriusq; & patris & matris in se se transferens affectum. Alia nullos omnino sustulit liberos, & hæc officium suum in cognatos & affines transferre debet. Alia quæ sustulit quidē liberos, sed iam eos extulit: & hæc in educatione nepotum, si qui sunt, occupari debet. Alia quæ in delicijs agens, quæ neq; libero rum curam in se, ut par est, recipit, neq; familiam recte gubernat, neq; sincere erga cognatos & affines affecta, quæ hic ab Apostolo uiuens mortua prædicatur. Et est alia nihilo fecius uiduarū partitio: Aut enim unus sunt, nec propulsandis præsentis uitæ incōmodis res domi suppetit, & hæc ad ecclesiæ horreum si confugiant, & recipi & ali debent: secus si ex relictis, post obitum mariti, bonis uiuere queant. Si porrò quæpiā est florentis adhuc ætatis, aut alioqui liberalis formæ prædicta dote, maiorem in modū cauendum ne accessione illius minuatur ecclesiæ sumptus. Nam aut sunt ut fortunæ propriæ amplitudine ali queant, & ecclesia, ut alentur, obtrudendæ non sunt: aut humiles sunt & tenuioris fortunæ, & neclum uidebitur congruū, ut ecclesiæ præsides curam illius in se recipiant: nec si dotibus cōmendentur omnibus, quas alioqui ab uniuers

sis requirit uiduis Apostolus. Nam ut ab etate florida
iuxta ac formae beneficio, facilis est ad incontinentiam
lapsus, ita non raro calumniandi instituta nostra, rigi
di illi Christianæ philosophiae censores, arripiuere ma
teriam. Vnde nunquā rectius consultū erit cum ecclæ
stæ, tum uiduarum famæ, quam si sedulò tales esse stu
deant, ne quid unquam in honestæ suspicionis in oculos
mundi traiçiant. Requirit enim Apostolus singularē
morum integritatē in uidua, ut quam optimus sibi quis
que coniugem ambire nō dubitet. Hac enim conditio
ne, omnē prorsus sinistram suspicionē, imò etiā omnes
simul iniquioris fortunæ flatus declinare, uel potius
propulsare licet uiduis. Hæc dicens, non deterreo uia
duas à continentiae bono, sed ne quæq; pax ad ecclæ
stæ ministerium recipiantur admoneo, nempe caute
agendum: ne dum illis cōsulitur, ecclesia grauetur, ob
idq; qui supersunt sumptus illius, minus reliquis suffi
cient alendis pauperibus. Quod si reperiantur quæ,
post elatum mariti funus, continentiae studia delecten
tur, illas nihil hac nostra concione remoramus, quo
minus perpetuæ continentiae studio uacent. Illud uero
admonuerim saepius, nō tutum esse, uoto ad id obstrin
gi, quod uix unus aut alter citra periculū tentauit uns
quam. Quæ porrò temperant ab iterando coniugio,
etiam si nulli sint illis liberi, nulli nepotes, nullæ ne
ptes, tamen nec sic ocij locus relinquendus est: quin po
tius suc-

tius succedant in liberorum et nepotum locum, pauperes ecclesie, fratres & sorores, membra Christi, quorum curam dum in se recipiunt, omne, dubio procul, ocium iners excluditur, omne tedium levatur. Non est ociosa Christiana charitas, semper adest proximi necessitatibus: nunc mores format iuuentutis, nunc beneficentia sua afficit quoslibet & dignos & indignos: illos in deo diligens, hos autem propter deum non fastidiens. Maiores reverenter colit, honorat illis & timore impendens. Aequales aut emulari, aut uincere studet uirtutibus, ubique innocentiae ac uerae uiduitatis sue signa relinquens. Inferiores ex aequo diligit omnes, ac non raro, praeter sexus naturam, omnes fortunas suas periculis obijcere non dubitat, modo singulorum tutari queat salutem. Quo facto nihil prius, nihil potius, nihil antiquius ducit unquam. Sed iuuat audire quid rursus de uiduarum statu literis prodiderit Apostolus.

Porro, inquiens, quae uere uidua est ac desolata, sperat in deo, et perseverat in obsecrationibus ac precationibus noctu dieque. Porro quae in deliciis uersatur, ea uiuens mortua est. Et haec præcipue ut irreprehensibiles sint. Quod si qua suis, & maxime familiaribus non prouidet, fidem abnegauit, et est infidelis deterior. Vidua

allegatur non minor annis sexaginta,
quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus
bonis hominum testimonio comproba-
ta, si filios educauit, si fuit hospitalis, si san-
ctorum pedes lauit, si afflictis submini-
strauit, si in omni opere bono fuit assi-
dua. Porrò iuniores uiduas reijce: cum
enim lasciuire cœperint aduersus Chri-
stum, nubere uolunt, habentes conde-
mnationem, quod primam fidem reiece-
rint, simul autem & ociosę discunt circū-
re domos: imò non solum ociosæ, ue-
rumentiam garrule & curiosæ, loquentes
quæ non oportet. Volo igitur iuniores
nubere, liberos gignere, domum admis-
trare, nullam occasionem dare aduer-
sario, ut habeat maledicēdī causam. Iam
enim nonnullæ deflexerunt, secutæ sata-
nam. Quod si quis fidelis, aut si qua fide-
lis habet uiduas, suppeditet illis, & non
oneretur ecclesia: ut ijs, quæ uere uiduæ
sunt, suppetat.

*Audistis ô uiduae apostolici culminis decretum: au-
distis status uestri dignitatem: audistis nihil secius eti-
am qualis uel ignominia uel pœna maneat illas, quæ in
delicijs.*

delicijs, aut secus quam conuenit, uitæ huius exegerint portionem. Audistis inquam poenā, ceu horridū quodam diræ cōminationis fulmen, in uos detorqueri, nisi mature ad bonam frugem redeatis. Porrò si uere uia-
dixi estis, quemadmodū et censeri et appellari uultis, cur mundo placere studetis in liberis, qui tam nihil
in disciplina spiritus educantur? Cur aliò, quam officij uestrī munus requirit, respicitis? Cur aliò adiicitis
nimium, quam nominis uestrī significatio permittit? Cur quædā uestrū (scio enim omnino esse quasdam,
quæ hunc uestrum ordinē, nimium detestandis peccati conspurcarunt hactenus, quas necdum hodie con-
spurcasse poenituit) coniuicia alioqui honesta, in honestis fabulis dehonestant? Aliæ (quod cum ingenti ani-
mi nostri amaritudine perceperimus) auxiliatrices manus suas à subleuandis pauperibus, retraxerunt. Aliæ
(quod turpitudinē quandam sapere uidetur) ueste pre-
ciosa ac gemmis ornantur, non deo, sed uiris. Aliæ co-
mam fucant, stybio oculos inficiunt, ac in choreis non
tam turpiter ambire adulterum, quam ambiri ab illis.
Mitto reliqua cum benevolentiae erga proximū, tum
pietatis erga deum studia, in quibus pleræque uestrū
aut nihil, aut parum saltem priscae et Christianæ inte-
gritatis, præ se ferunt. Erubescite quæ tales estis, et in
uiam, uel serò, reducite gressum. Proponite uobis illu-
striū uiduarum exempla, ad quarum emulacionem

Cap. V ANNOT. IN EPIST. PAVLI

hortatur uos Apostolus, imò per Apostolum spiritus sanctus erudit uos. Videte quanta sanctimonia sub legis adhuc Mosaicæ umbra, claruerint uiduæ sanctæ. Et ut quasdam, exempli gratia, adducā: quid in Iudith pulcherrimarū uirtutum desiderare possitis nō video. Quis non admiretur tam ingentis animi spiritū in formina? ipsa enim non tam hostem fecellit sapienter, q[uod] patriæ imminens periculū propulsauit fortiter. Quo facto non unas duntaxat mulieres in admiratione sui traxit, sed ex aequo uiris etiam uniuersis quondam, quasi stuporem incutere uisa est. Magna mulieris uidue in deum pietas, magnus in patriam amor. Quis porro esse queat, quæ lateat summa illius in summa opulentia frugalitas, liberalitas, continentia? Quis cultum diuinum, qui potissimum in spiritu & ueritate consistit, illius ignorat? Habuit præterea hæc uidua copiosissime mundo placendi materiā: principio, ut formæ dignitate facile reliquas gentis suæ puellas antecedebat, ita & generis claritudine, & opulentissimo patrimonio, ac famulicij numerositate quam longissime post se reliquebat cæteras. Erat enim, ut scripturæ spiritus loquitur, eleganti aspectu nimis, cui uir suis reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis bonum, & gregibus ouium plenas. Quæ uero paulò ante præmisit scriptura sancta, illam, iuxta decretum Apostoli, uere uiduam fuisse declarant, ut quæ

que spei sue anchorā nō aliò quām in domino fixam
habuerit. Verba scripturae sic habent: In superioribus
inquit, domus sue fecit sibi secretum cubiculū, in quo
cum pueris suis clausa morabatur: & habens super
lumbos suos cilicium, ieunabat omnibus diebus uitæ
sue, præter sabbata & nomenias, & festa domus
Israël. Quid dicam de relictâ illa Lapidoth, Debbo-
ra, quæ prophetæ pollens dono geminam, & iudicis
& ducis personam in populo dei sustinuit? ipsa enim,
ut scriptura testatur, iudicabat populū in illo tempo-
re, ascendebantq; ad eam filij Israël in omne iudiciū.
Magna illius fuerit uirtus oportet, ut cuius iudicio tot
uirorum millia regerentur, cuius arbitrio ducerentur
exercitus, que duces eligeret, belli aciem institueret,
ac populum ab hostibus defenderet. Quis tale quip-
piam in foemina, quæ utiq; uidua iam & desolata, spe-
rare ausus fuisset? At qui deus mirabilis in operibus su-
is, etiam manibus uiduae, uictorie laudem inclusit.
Nam præter communē foemini pectoris captū, & li-
bertatem conseruauit uidua, & leges dedit populo, et
imperium augens non tam iustitia & prudētia, alijsq;
id genus regijs uirtutibus celebris, quām admirabilis
est habita. Huic succedit Noëmi illa & uiri & filiorū Ruth.
solatio destituta, quæ admirabili uirtutum suarū gra-
tia nurum suam Ruth Moabitidem, ut patrios abiura-
ret deos, illexit: que deinceps nunquā à latere socrus

Cap. v ANNOT. IN EPIST. PAVLI

suæ diuelli potuit, sed inde sinenter adhærens illi, dicebat: Ne quæso aduerseris mihi ut relinquā te & abeam. Quocunq; enim perrexeris, pergam, & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus, & deus tuus, deus meus: quæ te terra suscepit morientē, in ea moriar, ibiq; locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat deus, & hæc addat si non sola mors me & te separauerit. Utrobiq; magna pietas, magnus amor: sed non minor est quæ illis à deo cōtigit remuneratio. Nam & Ruth, diuino utiq; socrus suæ consilio, maritum reperit Booz: & Noëmi nūrus suæ beneficio nō unam paupertatis sarcinam propulsavit, sed & senectutis & orbitatis solatiū inuenit: id quod haud obscure publica illa mulicrū congratus

Ruth. 4 latio ostendit: Benedictus, inquit, dominus, qui non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ, & vocare tur nomen eius in Israël, & habeas qui consoletur animam tuam, & enutriet senectutem: de nuru enim tua natus est qui te diligit, & multo tibi melior est, quam si septem haberet filios. Ipsa autem Noëmi mox natū filium, ex nuru sua Obed, in gremio suo posuit, nutritis ac gerulæ obibat officium. Nunquā arctius hanc nuruum & socrū inter se coiisse amicitiam compertum est, quam hoc proposito exemplo monstrauimus.

3. Reg. 17 Adducamus huc etiam uobis uiduam ex gentibus,
Luc. 4 Sareptanam illam Sidoniam, nutritam & hospitię He
lię,

PRIOREM AD TIMOTH. IOR

lie, sancti illius Israëlitæ & prophetæ: quæ in extre-
ma verum omnium penuria, in summa telluris sterili-
tate, & sui & filij oblita (ne famem audiendi uerbum Amos. 8
domini pateretur) prophetam sanctū pascere nō dubi-
tauit. Et uidete dilectissimi, quantam illi, sua hospitali-
tas, pepererit mercedem. Nam eam sic cōsolatur pro-
pheta domini: Ne, inquit, timeas. Hæc enim dicit do-
minus deus Israël: Hydria farinæ nō deficiet, nec lecy-
thus olei minuetur usq; in diem, in qua dominus datus
rus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abiens, fecit
iuxta uerbum Heliæ. Et comedit ipse, & illa, & do-
minus eius: & ex illa die hydria farinæ nō defecit, & le-
chytus olei non est immutus, iuxta uerbum domini,
quod loquutus fuerit in manu Heliæ. Felix penuria,
quæ non minus spiritui, quam corpori peperit abunda-
dantiam. Felix & uidua, ex cuius paupertatis penu-
tantiam liberalitatem sensit propheta: qui tanto hospi-
talitatis munere delectatus, extinctum uidue filii, mi-
rabili orationis sue uirtute, uitæ restituit pristinæ.
Conueniens enim, ut cum fœnore redderet propheta,
quod tam alacriter illi impenderat uidua. Nam et si
exiguum esset munus uiduae, tamen boni consulere, ac
maiori beneficio pensare debuit propheta. Sed hic lon-
gus morari uidebimus, si omnia, quæ huc cumulari
queant, adduxerimus. Proinde bene et religiose feceris-
tis, si quoad maxime fieri potest, & reliquas uobis

Cap. v ANNOT. IN EPIST. PAVLI

ante mentis oculos ponere studueritis uiduas, quarū u
tas, ceu quædam pulcherrimaruū uirtutum exempla,
sacræ literæ nobis depingunt. Atq; primū quæso dili-
genter considerate illam Maccabœorum fratrum ma-
2. Mac. 7 trem. Hæc enim filios suos, in unius ac ueri dei cultu,
ita ab ipsis, quod dicitur, cunabulis instituerat, ut plus
in diuinæ legis obseruatione fiduciæ, quam in illa uel
solidissima mundi felicitate spei collocarent. Videbat
sanctissima mulier innocetissimis adolescentibus omnia
farij generis intentari tormenta: Spectabat mater
charissima pignora sua exquisitis obijci cruciatibus:
deniq; uidua & desolata, spem generis, atq; illud ex-
optatissimum iamiam ingruentis senectutis suæ solatium
misere torqueri, raptari, ac tandem suis in oculis diu-
tius afflitos natos, deficere conspexit. Porrò cum nec
dum tanto spectaculo crudelissimus ac in sanguinē aut
dißimus tyranni animus satiaretur, in ipsam deinde
omnia sic aspicientem, ac filios suos fortiter quidem, ut
tormenta momentanea contemnerent adhortantem,
seuere animaduertere iussit impium caput.

Quod si quibusdam forte infirmior est animus,
ideoq; imbecillitatem hic nobis sexus obijcientes clau-
mabunt, duriora esse hæc facinora quam ut intrepide
quæpiam sequi posse: illæ quæso tam prepostere timi-
dæ, Annam illam Phanuelis filiam sibi proponant,
Luc. 2 de qua tam magnifica Euangelistam testari percep-
mus.

mus, quæ non in delicijs, non in luxu uitam agens, sed totum animū ad obsequium promissi seminis Abrahæ adiiciebat: non molle otium secessabatur, sed ieunijs ac deprecationibus seruiebat die ac nocte. Abstinet anus ab omni inordinato sermone: ab otiosis & prophanis fabulis quam longissime recedere studuit, ac magna modestia, magno nihilominus spiritu loquebatur de Christo, omnibus qui expectabant redemptions Hierosolymis. Non repetiuit Anna coniugium, ut liberius promissum mundo Meßiam expectaret. Hodie quædam ob id non iterant coniugij usum, ut liberius genio uoluptatis indulgeant: quas in uiduarū numero, quæ uere uiduae sunt, tantum abest ut recenseat Paulus, ut casuas, mortuas esse pronunciet.

Sequebantur olim & Christū haud illaudatæ nubiles quædam, ministrantes illi de facultatibus suis, nō ob aliud opinor, quām ut uicissim uerbo uitæ ab illo recesserentur: quarum studiū ut pium, ita honorificū fuisse haud temere prædicamus. At hodie nō longe pertendi, quibus benefaciant uiduae nostræ, si quæ domi non habeat in quos misericordiam exerceant. Undiq; Christus nobis occurrit, nudus, infirmus, in carcere Matt. 25 detentus, esuriens, sitiens, hospicio carens. Imò nunc tempus est, quo multa opus habent misericordia fratres nostri, membra nobiscum corporis Christi, qui isthac hyemali tempore uarijs modis affliguntur, qui

Cap. v ANNOT. IN EPIST. PAVLI

bus facile consulitur & state. Aestas enim ad propulsan-
da incōmoda uitæ, longe quam hyems pauperibus est
cōmodior, uel quia tum uberior ad illos redit præmiū
ex labore, uel quia phœbæis calcasti radis, nuditatē
suam boni consulentes, nuda etiam gaudent terra ca-
ptare soporem. Contrà hyeme corpora afficit frigus
foris, intus uiscera discruciantur fame. Atq; ab his offi-
cijs neminem excludimus, nō diuites Cœsos, non ino-
pes Iros. Nulla fortuna cum officijs misericordiae pu-
gnat, nisi quam infidelitas & inuidentia fraternæ cha-
ritatis comitantur. Nam qui in tanta rerum angustiis
constitutus, ut minus illi liceat per inopiam subuenire
pauperibus tecto, uestitu, alimento: meminerit quæso,

Mar. 9 quod Christus dixit apostolis: Quisquis enim, inquit,
ad bibendū dederit uobis calicem aquæ, nomine meo,
quo sitis Christi, amen dico uobis, nequaquam perditus
rus est mercedem suam. Nemo ad tantam inopiam rea-
dactus est, ut uniuersa illi simul adempta sint benefa-
ciendi instrumenta. Regnū cœlorum, ait quidam, tan-
tum ualet, quantū habes. Sufficit animus ad miseria
cordiam proptius, & qui nullibi quam in Christo spei
sue anchoram fixit. Hinc factum, ut Christus uiduam

Luc. 21 pauperculam, multis diuitibus præferret. Nam hi o-
mnes ex eo quod illis exuberabat, magna quidē mitte-
bant in gazophylaciū: hæc autem ex penuria sua uni-
uersam substantiam quam habebat misit. Nullum mu-
nus tam

nus tam esse potest minutum, quod in oculis dei non sit
magnum, modò ex fide, in templo illa Christi uiua,
laci & prompto animo mittatur.

Vos quæso ô uiduæ, ut quod semel de uobis præbu Peroratio
istis Christianæ pietatis specimen, magna semper uira-
tute cumulatius ostendere, per spiritū Christi uelitis.
Hactenus enim quædam uestrūm in nullo bene pietati-
cis officio persistentes, intemperantissimæ etiam uitæ
frena laxarunt: quod nō immiteritò uniuersi corporis
ecclesiæ animū perculit. Vidimus & uidisse pudet quo
loci res ecclesiæ deuenerint, in quos infelicitatis scopula-
los deciderint ille nunquam satis laudatæ apostolicae
uirtutes. Sed iam melioris indicia uoluntatis confisia-
cio, iam resipiscientis animi signa ostenditis, dum ue-
stra hic desideria sentio, dum singultus & gemitus au-
dio, dum humectari lachrymis genas video. Cæterum
ut copiosius officij uestri uos commoneam, rursum ad
Apostoli uerba, & uiduas, & eos qui uiduas habent re-
mittio. Nam Apostolus breuiter quidem, sed tamē pul-
cherrimo narrationis ordine, omnes, quibus uere ui-
duas præditas esse conuenit, uirtutes recensuit. Qui
bus si ex animo addictæ fueritis, non diffido, quin bre-
ui uestrūm quædam in summum usq; ueræ pietatis fasti-
gium sint ascensuræ, gratia & benignitate dei & ser-
uatoris nostri Christi. A M E N.

Cap. V ANNOT. IN EPIST. PAVLI
DISTRIBVTIO XLLL

Honorem, quē paulo ante uiduis impendi uoluit
Hab ecclesia, eum nūc presbyteris, qui bene præ-
sunt, conduplicatū discernit: nec immerito. Nam si Di-
omedes iudicio Nestoris, ut Homerus tradit, dignus
habebatur, quē uniuersi Græcorū cū duces, tū milites
in honore sibi præferrēt, quod ex bello & cōfilio faci-
le reliquam multitudinem post se despiceret, dicens:
Iliad. 9 Τυδεΐδ' ἡ, πέρι μὲν πολέμῳ ἐνὶ καρτερός ἔστι,
Καὶ βολῆ μέτα πάντας ὁμέλικας ἐπλού ἀριστος
Cunctis in bello præstantior est Diomedes, (hoc est,
Consilioq; inter primos longe optimus unus.
Et senior ille Phoenix, Achilli suo, magna honoris
præfatione, in animū reuocat, quod sua potissima ope-
ra & bellator & orator euasisset, duabus rebus qui-
bus quam maxime inter mortales honor cōparatur, his
quidē uerbis: Διδασκέ μέν ταῦτα πάντα, Μύθων
τε γῆς τε πολεων πρητηράτε εργασι. Quorū sen-
tentia ita reddere libet: Hæc ego te docui omnia Achil-
les, Scilicet orator rerum ut spectabilis essem, Et simul
instructus pugnæ, formatus & armis. Et idem poëta,
medicū virum, nō ob aliud q; quod corpora medendi
scientiā habeat, innumeris alijs præstare dixit: ιατρος
Ibid. II γάρ αὐτὸς πολλῷ κατέξει & ἀλλων. Hæc cū ita se
habeant, apud gentes idololatras, nos qui proprius deū
ipsum cognoscimus, qui Christū induimus, quo loco,
quo

quo honore dignos iudicabimus, quos unà cū integritate uitæ, & singularis quædā diuinæ legis peritia, nobis commendat: quos spiritus sanctus gubernædis ecclesiæ rebus præficit: Tanto enim qui laborant in dispensatione uerbi sancti, honore sunt digniores, quam qui prophaniſ præſunt rebus, quanto ſublimior eſt anima quam corpus. Porro apostolicis uiris nō unum dunt a xat uitæ ſubſidiū debetur ab ecclesia, ſed & obediētiæ honor, ne eleuetur autoritas uerbi dei, cuius functio ut ſemper eſt ſalutaris, ita nunquam nō neceſſaria gregi Christiano. Vnde qui otium ſectantur & uoluptatē, quam longiſſime ab ecclesiæ horreo arcendi, ne quod dignis debetur, otioſi, & ualidi, & qui ſibi operibus manuum parare uictū poſſent, turpiter inſumant. Subleuanda eſt pauperū inopia, & quorū manus, ſive per ſenectutē, ſive per aduersam aliquā corporis ualeſtudinem remorantur, quo minus parando cibo ſufficient. Non aut̄ decet ecclesiā in otium alere quenq; tantū ab eſt ut hodie uulgas illud ſacerdotū (inutilia pondera terræ, et qui dūtaxat fruges coſumere nati) iure e co muni distributionū horreo, ali aut poſſit, aut debeat: qui hoc ſunt nocentiores ecclesiæ hostes, quo magis, prætextu religionis, ſpeciem mali præfe ferre uidentur. Sed quam ſint præ cæteris habendi in precio, qui uerbo Euangeliſ præſunt in ecclesia, Apostolus hiſce quidem uerbis aperuit, dicens:

Qui bene præsunt presbyteri, dupli-
cī honore habeantur: maximo ij, qui la-
borant in sermone & doctrina. Dicit em̄
scriptura: Boui triturati nō obligabis os.
Et: Dignus est operarius mercede sua.

Magna apostolici pectoris sapientia. Nam puls
cherrimo spiritus sancti artificio, & ecclesiæ commen-
dat ministros uerbi, summoq; in precio habendos do-
cet: & nihil secius etiam ministris ecclesiæ curā com-
mittit, adeo ut nunquā otio aut torpore intenti, sed cre-
brò suscepto muneri, per studium & laborem diuinae
legis, respondeant. Quod ne aliter quispiam, quām de-
cet, interpretari posset, sententiæ suæ astipulatores ad
ducit Mosen & Christū. Illum, quod fidelem se gesse-
rit olim ministrum in domo dei, id est, synagoga Israë-
lis: hunc, quod cum natura sit deus, eius autoritas, sine
periculo, contemni non possit. Sed quid dicit Moses?
Boui trituranti non obligabis os. Cuius præcepti ger-
manam intelligentiam, si quis desiderat, ex priore ad
Corinthios epistola, petere licet. Vbi hunc in modum
argumentatur Apostolus: Si indignum est, iuxta diuis-
næ legis sententiam, bouem qui ad trituram circūdu-
cit, fraudari pabulo: indignū non erit si Apostoli,
prædicatione Euangeliū uacantes, nullum in ecclesia
propositum habent præmium, quo cēuſſe quadam
mercedeis

mercedis honestæ, præsentis solentur incomoda uitæ: Sed præstat Apostoli uerba subscribere, in gratiâ eos rum, qui nondum norunt, aut quod iuxta est, audire contemnunt, quod sic dominus ordinauit, ut qui Euangelion annunciant, ex Euangeliô etiam uiuant. Sunt enim quedam naturæ iudicio sic recepta apud hoïes, ut ea ne deus quidem improbare uelit, modò fidem in Christum, caput salutis, nō amiserint: qualia sunt quæ hic ex Apostolo adducemus: *Quis, inquit, militat suis stipendijs unquā? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit?* Aut quis putaret hæc hominū tantum iudicio dici, subiunxit: In lege Mosis scriptum est: Non obligabis os boui trituratî. Num boues curæ sunt deo & anhos propter nos omnino dicit? Propter nos enim hoc scriptum est: quod sub sp̄e debeat is, qui arat, arare: & qui triturat sub sp̄e, sp̄ei suæ particeps esse debeat. Si nos uobis spiritualia seminavimus, magnū est, si nos uestra carnalia messuerimus? Proinde quisquis sponte cōmunicauerit ecclesiæ, preciosissimū animæ pabulum, Euangeliū uerbum, illius uiciſſim in se recipere egestatem, & subleuare, si posſint, debent fides. Nam ut alibi testatur Apostolus noster, communī candum est illi, à quo collapsus per peccatū animus, rursus in sp̄em & robur erigitur, ut utrobiq; & officiorum & donorū fiat commutatio. Communicet autem, inquit, qui catechizatur sermone, ei qui se cate-

Gal. 6

Cap. v ANNOT. IN EPIST. PAVLI

chizat in omnibus bonis. Et meritò quidem. Nam ius
Matt. 10 xta Christi etiam sententiam : Dignus est operarius
Luc. 10 mercede sua. Nos porrò hic genera uitæ operariorum

I in tria duntaxat diuidemus : Vnum quod liberum est,
nec ullis publicis functionibus addictum, in quo tamen
multi multa ac diuersa sequuntur studia: atq; illi uni-
uersi operum suorum recepturi sunt mercedem : siue
contemplationem rerum arcanarum sequentes, uitam
æternam: siue honestis operibus uacantes, dignos labo-
rum suorum fructus : siue immundis uoluptatibus im-

II mersi, supremam, post gaudia pœnam. Alterū eorum
est qui rebus publicis præfecti sunt. Et illi quidem am-
plum alijs beneficiendi campum ingressi, modò secun-
dum ea, quæ honestæ leges tradūt, incedat: & si quod
alios uixisse uolent, ipsi non segniter uiuere perga-
nt. Illi quo sunt eminentiori dignitatis loco constituti, eo

III magis à nobis in precio habendi . Est præterea aliud
quoddam ceu tertium operariorū genus, ad quod po-
tissimum respexisse Christum autumo, quando prædi-
caturis Euangelion Apostolis præcipiendo dicebat:
Ne posseidatis aurum neq; argentū, neq; æs in crume
nis uestris, neq; peram ad iter, neq; binas tunicas, neq;
calciamenta, neq; uirgam. Ne porrò putarent, nullum
omnino hic euangelisantibus propositum esse premia-
um, ipse certa quadam illos, ceu præmij cuiusdam spe
consolari uoluit, dicens: Dignus est operarius merce a
de sua.

de sua. Non destituet piissimus pater uictus solatio, quibus tanto studio missis sue curam commisit. Expeditos rebus mittere placuit, ne grauarentur sarcina diuinarum, ne formidarent paupertatis iugum. In unam ueritatem intentos esse uoluit. In contentionibus prophanis nonnunquam animum loquendi addunt diuitiae: paupertas autem loquendi fiduciam haud infrequenter hominibus ademit. At uero quibus ueritas ipsa cordi est, ut ea nihil unquam ducunt antiquius, ita summam illam loquendi libertatem, siue ut Græci loquuntur περὶ ἀνθρώπων, nunquam sibi eripi patiuntur. Atque tales nullis opibus redditur audacie, nulla imopia timidiores: scientes ueritatem occultari non posse, etiamsi terrae infodiatur. Non enim idem est ueritatis atque mendacij finis. Veritas imopiam non raro et regibus conciliauit: contra mendaciū saepe opulentissima perdidit regna. Quemadmodū autem primum illud operariorum genus, tranquille agere nequit, nisi ab altero, quo de secundo loco dictum, pendeat, oculosq; illic defixos habeat, ubi inconstantiae suæ tanquam certa quedam remedia expectare, cuiusq; iudicio, si lites et contentiones inciderint, rursus in concordiae uincula redire queant: ita neque secundū subsistere recte potest, nisi à tertio, tanquam à capite felicitatis humanæ pendeat. Quandoquidem sine uerbo dei non solum omnes homines cœci sunt, sed etiam omnia prorsus humana consilia uana

esse deprehenduntur. Descendit autem cognitio uerbi
 à deo primum in mentes humanas per apostolorū po-
 tissimum ministerium. Iuxta quē modū dixit alibi Apo-
Rom. 10 stolus: Fides ex auditu, auditus autem per uerbū dei.
 Quod si cui magistratus contingit, qui ipse alienus sit
 à fide Christi, quas non illic uirtutes opprimit inuidia?
 uilis illic omnis iustitia, omnes simul despecte bone le-
 ges, assidue seditiones, assidue cedes: nulla fides, nul-
 la amicitia certa: uaria illuc quotidie expilationes, op-
 pressiones, direptiones. Breuiter, in ipsa etiam inti-
 ma, optimi cuiusq; uiscera grassatur impia manus.
 Adeò non parui refert reipublicæ Christiani, an igno-
 rantes Christi præficiantur.

Cæterum quia Christus apostolos suos nō reges,
 non principes, non satrapas esse uoluit, sed ministros:
 indignum se præbet tanto officio, quisquis aut animo,
 ob accepti ministerij autoritatem, effertur insolentius,
 aut alio quoquo modo ecclesiam, nouis subinde & à se
 excoigitatis traditionibus, onerare studet. Ut enim nō
 nostra est ecclesia, sed Christi: ita non nostra, sed Chri-
 sti dispensanda mysteria. Illud uero in primis requiri-
 tur in disp̄satoribus, ut fidus aliquis reperiatur. Imò
 uniuersam illam in hominibus gloriationem quamlon-
 gißime abesse ab ecclesia uoluit Tarsensis, quando di-
8. Cor. 3 cebat: Itaq; ne quis glorietur in hominibus. Omnia
 namq; uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Ce-
 phas,

phas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia,
 siue futura: omnia inquam uestra sunt, uos autem Christi,
 Christus uero dei. Non enim decet eos qui semel per
 Christum acceperunt spiritum libertatis & adoptio-
 nis, rursus per spiritum timoris ad desperationis sco-
 pulos adigantur. Aegre ferebat Apostolus, cum uide-
 ret Galatas ad infirma & egena conuersos elementa, Gal. 4
 quod dies obseruarent, & menses, & tempora, & an-
 nos. Et Colossenses nihil secius etiam admonet, di- Col. 2
 cens: Ne quis igitur uos iudicet in cibo & potu, aut in
 parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorū, que sunt
 umbra rerum futurarum, corpus autem Christi. Por-
 rò ut in omni & sacrarum & prophanararū rerum ad-
 ministratione illi multis noībus obsunt ecclesiae Chris-
 ti, qui, ut inanem uulgi auram uenentur, præsunt: ita
 longe sunt nocentiores, qui turpis questus gratia cu-
 rant populum Christianū: quos equidem amare per-
 stringit dominus apud Ezechielem prophetā, dicens:
 V&e pastoribus Israël, qui pascebant semetipsoſ. Nóna Ezech. 34
 ne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis,
 & lanis operiebamini: & quod crassum erat occideba-
 tis, gregem autem meum non pascebatis. Et multa in
 hanc sententiam apud eundem prophetam dicuntur.
 Et Christus iuſſit, gratuitō darent apostoli, quod ab Matt. 10
 ipsius spiritu non minus gratuitō accepissent. Eandē
 sententiam, uerbis nonnihil immutalis, sic in priore

Cap. v ANNOT. IN EPIST. PAVLI

sua epistola, cap. quinto, expressit apostolus Petrus,
1. Pet. 5 loquens: Pascite quantum in uobis est gregem Christi,
curam illius agentes non coacte, sed uolentes: non tur-
piter affectantes lucrum, sed propenso animo: neq; ceu
dominiū exercentes aduersus clerros, sed sic ut sitis ex-
emplaria gregis. Præbuit huius rei eidens signū Apo-
stolus noster, quando accersitis ad se presbyteris ecclæ
Acto. 20 siæ, quæ erat in Epheso, studium & labore suum il-
lis inculcans, ne quo pacto post discessum suum diuersa
aut pugnantia doceret: ne quid tanto ministerio in-
dignum, uel per inanem gloriam, uel turpis lucri gra-
tia designarent. Argentū, inquit, & aurum, aut ueſte
nullius concipiui: imò ipsi scitis, quod necessitatibus
meis, & his qui mecum sunt, suppeditauerunt manus
hæ. Omnia ostendi uobis, quod sic laborantes oportet
fuscipere infirmos, ac meminisse uerborum domini Ieo-
su, quoniā ipse dixit: Beatum est dare potius quam ac-
cipere. Atq; hæc hactenus de honore eorum, qui pre-
sunt, diximus. Quia uero plerunq; iniquiora sunt iu-
dicia uulgi, quam ut facile seueriorem admonitionem
ferre queant: ideoq; qui præsunt facilime odium incur-
tere calumniatoris: docet, ne qua forte leui ex causa
ullam contra presbyterum recipiat accusationem epis-
copus, sic loquens:

Aduersus presbyterum accusationē
ne admiseris, nisi sub duobus aut tribus
testibus

PRIOREM AD TIMOTH. 108
testibus. Eos qui peccant, coram omnibus argue; ut & cæteri timorem habeāt.

Quia episcopi speculatores uocantur, summopere prospiciendū illis, ne quid in accusationibus præter officij sui dignitatem designent. Quæ enim aduersus seniorem afferuntur delationes, ut sæpe ab inuidia delatoris proficiscuntur, ita non raro uane comprobantur. Ne porrò aliud, quam tanti officij partes requiriunt, in accusationibus designarent: ne omnem paſsim & tanquā ex triuio collectam incessendi materiam, ratam ducerent, uoluit duobus aut tribus testibus concordi delinquentes, præcipue seniores: quorum autoritas, ad unius duntaxat delatoris testimonium, eleuari non debet. Sic dominus sub lege adhuc degenti populo suo præcepit, ne unquam aduersus delinquentes, aut eos qui post deos alienos abiuisserint, unius testimonium satis esse ducerent. Nemo, inquit, occidatur, uno contra se dicente testimonium. Et iterum: Non stabit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium, stabit omne uerbum. Sed hic scio tacite obijcent mihi quidam, intempestive hæc in præsentia adduci à me, quod ea causis potissimum, ut aiunt, criminalibus seruire uideantur: ut iam non ipsis episcopis, quibus nullum cum iure gladii commercium, sed magistratibus, qui ea in eminentia constituti sunt, ut ministri dei & ipsi ab Apostolo uocati.

Cap. v ANNOT. IN EPIST. PAVLI

centur, ultores ad iram eis, qui, quod malum est fecerint, dicta sint. Quibus ego sic respondeo: Episcopis perinde ac magistratibus haec dicta esse: his, ne quid si nistrorum affectum in corrigendis proximi delictis admitterent, ac per id tyrannidis notam contraherent: illis, ne nudis delatorum uerbis plus aequo aures inclinarent: ne temere auditii proximi excessibus insultarent: ne quem excluderent aut contemnerent, priusquam per diligentem inquisitionem accusati delictum cognosissent. Quod si cuius uita duobus aut tribus testibus falso quidem, uel coram episcopo, uel coram magistratu incessit, ipsi uero iudices (posteaquam ut in delictis criminis notitiam uenirent, diligenter studuerunt) nulla false accusationis signa deprehenderint, ipsos omnino iuxta regulam legis ab Apostolo hic repetitam, incedere debere arbitror. Neque enim censeo tantum legis autoritatem uiolandam esse, qua duobus aut tribus testibus credere iubemur. Neque ob id malus est in oculis dei, quem sic uel excludit episcopus, uel morti addicit magistratus. Quia in potius qui Christianus est, omnia haec inter alia penè innumera mundi huius mala, quæ uarie nos manent, collocat, memor illius, quod Christus dilectoribus suis dicit: Beati, inquiens, qui perseguitionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis, cum probraicerint in uos hoïes, & insectati fuerint, & dixerint omne

omne malum uerbum aduersus uos mentientes propter
me. Sic olim iudicio Iesabelis, perit iustissimus Nas
both, non ob aliud quam quod uincam suam, quam à
patribus suis hæreditario iam olim acceperat iure, da
re negasset Achab regi Samariæ. Quia ex re, cū ægro
tare cœpisset rex, mox ac Iesabel ipsa causam ægritu
dinis cognouit, scriptis nomine regis literis, anulo re
gio signans, misit ad maiores natu & optimates, qui
erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth.
Qui tandem duobus testibus, filijs Belial, uictus, ac ue
luti blasphemus quippiā in dcum, lapidibus iniuste ob
rutus est. Sic duo falsi testes, Christum accusasse, corā Matt. 26
Caipha principe sacerdotū, scribuntur. Et Stephas
nus per falsos testes conuictus, lapidatus est. Ipse autē Acto. 7
positis genibus, clamauit uoce magna: dominc, ne sta
tuas illis peccatum hoc. Magistrum suum in hoc imita
tus, qui ait ad patrē: Pater remitte illis, nesciunt enim LUC. 23
quid faciant.

Cæterū ne quis putaret Apostolum hæc imperio
duntaxat humano dixisse, & non potius diuino,
ipsum Timotheū obtestatur primum per deum, in eus
ius oculis hæc omnia aguntur: deinde per Christum,
qui harum rerum & summa est & caput: tertio per
sanctos angelos, qui operum nostrorū & testes & spe
ctatores habentur, ut nihil per animi propensionē in
corrigendis aliorum erratis designet, ut nullo aut fa-

Cap. V ANNAT. IN EPIST. PAVLI

uore, aut odio, aut alio quovis sinistro affectu hoc aut illuc rapiatur, dicens:

Obtestor in conspectu dei & domini Iesu Christi, & electorum angelorum, ut hæc serues sine præcipitatione iudicij, nihil faciens iuxta propensionem animi. Manus citò ne cui imponas, neque communices peccatis alienis. Temet ipsum purum serua.

Hac contestatione, ut diximus, summā integritatē in ecclesiastico iudicio custodiri uoluit. Quæ integritas non in unis tantum cognoscendis causis requiri potest, sed longe magis etiam in electione ministrorum seruari debet. Porrò qualis esse debeat, cui tutò committere possis ecclesiasticam administrationē, in superioribus, capite tertio, satis superq; dictum est. Qui secus, quā illic dictum fecerit, is cōmunicabit peccatis alienis. Siquidem summū periculum ecclesiæ imminet, cū uel inutiles, uel parū integri præficiuntur. Qui enim alijs prelucebit, qui ipse sit cœcus? Aut si sal infatuatus fuerit, quomodo contra peccati putredinem salietur mens proximi? Significat enim illa olim frequentata manuum impositio electionem illam, qua alicui non tam honor, quā labor & doctrina in ecclesia conceditur, qui tam sit omni uirtutum genere præditus, ad quem

quem in omnibus temptationibus uniuerſi ſimul afflitti,
tutio ſeſe recipere & poſſint & debeant. Qui ſic ſe epi-
ſcopi officio idoneum præbuerit, ut nulli gubernacula
eccleſiæ commendet, niſi quem ſcierit & moribus &
uita tantæ prouinciæ respondere, iſ demum eſt qui pu-
rum ſe cuſtodit à peccatis alienis, per fidem Christi Ie-
ſu, qui cum patre & ſpiritu sancto uiuit & regnat de-
us, in omnia ſecula. A M E N.

D I S T R I B U T I O X V

AVdiftis quanto ſeſe damnationis periculo ex-
ponat epifcopus, ſi quando indignis eccleſiæ
administrationem obtulerit. Nam alienorū peccatorū
in ſe ſupplicium recipit, quiſquis electionis ſuę calcu-
lum adiecerit indignis. Nunc aliam no minus neceſſa-
riam quam utilem admonitionem ad fert, ne ſcilicet in
tantis laboribus conſtitutus epifcopus, ualeſtudinem ta-
mē propriam, ſi licite fieri queat, negligat. Nam que
hæc eſt contemplatio, ſic indulgere ſpiritui, ut carnē
extinguaſ: Non hoc dico, quaſi turpe fit abſtinere à ui-
no: neq; item quaſi turpe fit, ſi quiſpiam no abſtineat.
Neq; enim Ioannes, quia abſtemius uixit, ſanctior:neſ Matt.11
que Christus, quia cum peccatoribus bilit, deterior
eſt factus. Quanquā huius & alia ratio aſſignari poſ-
ſit: nempe uarijs modis ſtudiuiſſe cum Ioannē tum Chri-
ſtum, ut Iudeos ad poenitentiam excitarent. Sed Iu-

Cap. v ANNOT. IN EPIST. PAVLI

dæi neq; Ioannis austerritate, neq; humanitate Christi,
ut agerent poenitentiam, sunt compuncti . Quia de re
alias plura. Nunc de medijs, ut uocant, dicimus, que
per se neq; bona sunt, neq; mala: quod omissa nihil adi-
mant ueræ pietati, quod quæsita nihil addat sanctimo-
nia spiritus: quod genus esse queant ieiuniū, festi dies,
alimenti aut tegumenti delectus . Quale & illud fuit
quod uino, ad tempus, abstinuit Timotheus, de quo il-
lum sic admonet Apostolus, dicens:

Ne posthac bibas aquam, sed uino
paululo utere propter stomachum tu-
um, & crebras tuas infirmitates.

Magnus fuerit Timotheus oportet, qui catenus ec-
clesiasticis incubuerat munijs, donec longo iam labo-
re, magna uictus asperitate, crebras stomachi infirmi-
tates contraxisset: solicite sequens Christum, qui suis

Luc. 21 præcipiebat, dicens: Cauete autem uobis, ne quando
grauentur corda uestra crapula & ebrietate. Sunt

autem hoc genus haud paucæ, apud sapientem, cum
sententiæ, tum adhortationes, tum cōminaciones, qui-
bus deterret nos spiritus sapientiæ, ne uino aestuemus,
ne uentri dediti simus. Nam qui intemperantius assi-
dent uino, præterquā quod egestatem nonnunquā &
morbos contrahunt, foedi etiam & inabiles, obeundis

Prover. 20 rebus spiritus redduntur. Videtur hic respexisse Solo
mon, quando dicebat: Luxuriosa res uinum, & tumul-
tuosa

tuosa ebrietas. Quicunq; bis delectatur, non erit sapiens. Ideoq; alio loco præcipit, ne regibus quidem datur uinum, dicens: Noli regibus dare uinum, quia nul Prover. 31 lum secretum, ubi regnat ebrietas: ne forte bibentes obliuiscantur iudicij, & mutent causam filiorum pauorum. Et apud Esaiam amarè quidem perstringuntur, Esaiæ. 5 qui consurgebant mane, ut uino æstuarent. Potentes scilicet ad bibendum uinum, uiri fortes ad miscendant ebrietatem. Qui iustificabant impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferebant ab eo. Hæc dicentes, non usum, sed abusum uini damnamus. Nam ut qui dam sapienter dixit: Exultatio animæ & corporis uinum moderate potatum: sanitas est animæ & corpori, sobrius potus: ita non minus uere quam sapienter dixit: Vixum multum potatum, irritationē & iram, & ruinas multas facit. Amaritudo animæ uinum multum potatum. Et Oseas propheta, uini auditatem cū fornicatione conferre non dubitauit, dicens: Fornicatio, & uinum, & ebrietas, auferunt cor. Et Ezechiel crapulæ studio cum primis tribuit Israëlis deuastationem, quo uitio olim & Sodomam laborasse dicit: quia comparatione peccatorum Sodomam uel æquabat, uel uincebat Hierusalem, recte illius soror à prophecia appellatur: Ecce, inquit, hæc est iniquitas Sodomæ sororis tuae superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius. Hinc tanto studio

Cap. V ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Ephe. 5 admonet quosdam Apostolus, loquens: Nolite inebria

Rom. 13 ri uino, in quo luxus est. Et in epistola ad Roma. hor-

tatur, ut quam maxime possumus, ab iijciamus opera te
nebrarum. Vbi comedationes & ebrietates inter ope

Gal. 5 ra noctis reponit. Et in epistola ad Galatas, inter ope

1. Cor. 6 ra carnis ebrietatem recenset. Et alibi, ebriosos inter

eos numerat qui regni dei hereditatem non sint rece-
pturi. Quocirca admirandæ uirtutis Timotheus fue-

rit oportet, qui sic inter ipsa etiam stomachi incommo-
da à uino abstinet. At quanto sese dedecori exponunt

episcopi nostri, qui non modo non abstinent uino, sed
in ipsa etiam recta ualitudine sectantur ebrietatem?

Quia enim plus satis Baccho & Veneri capiuntur,
quomodo non datam illam Christo regi nostro, perde-
rent fidem? Qui dicunt:

Viuamus hodie, uiuamus dum licet,

Lætiq; carpamus quicquid id est boni.

Libet nunc crines liquidis perfundere odoribus,

Interq; iocos agere & lepidas Veneres.

Hi inquam, quomodo nō fastidirent cultum unius dei?

Amos. 6 Aut qui dormiūt in lectis eburneis, ut propheta Amos
testatur, & lasciuunt in stratis suis. Qui comedunt
agnum de grege, & uitulos de medio armenti: qui ca-
nunt ad uocem psalterij, sicut David putauerunt se ha-
bere uasa cantici, bibentes uinum in phialis, & opti-
mo una

mo unguento delibuti, nihil patiuntur super contritione Ioseph. Qui tales sunt, quomodo non plures sibi finis gerent deos? Imo quomodo ullum crederent esse deum qui brutis similes, in omnia precipiti cursu rapiuntur uitia? Admonet Apostolus discipulum, non ut abundantanter, sed parcè, seu modice, iuno utatur: non ob aliud, quam ut stomacho, & infirmitatibus illis crebris sic consuli videbat. Nam contrà in nobis faciunt quidam: aut enim crebris illis compotationibus dolores sebi asciscunt, aut uertiginem contrahunt, aut chiragrum, aut podagram, aut reliqua, quae multa sunt, incommoda uitæ inducunt. Quid hic dicam de his, qui non pocula tantum, sed & profluvia siccare uidentur: qui non pateris tantum, sed quasi quibusdam cum utribus, tum dolis, influunt uini liquores? Quae de hinc sequantur libidines obscenæ, turpiloquia, adulteria, cædes, quid attinet dicere? quæ notiora sunt, q[uod] ut quenquā latere queant. Ingens tempestas ebrietas, quæ immanitate sua simul & anima & corpus naufragio exponit. Hinc fides exulat, spes languet, charitas frigescit, humilitas spiritus, arrogatia carnis superatur: iustitia, tyrannis occupat: castitas, adulterio confusatur: ueritas, mendacio obruitur: lux, tenebris obfuscatur. Breuiter, uniuersum hoc homin genus, diuerso ab honestate graditur itinere. Etenim ut Esaias testatur, Esaiæ. 3 malū bonū, & bonū malum dicunt: ponentes tenebras

Cap. V ANNOT. IN EPIST. PAVLI

lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce,
& dulce in amarum. Et rursum illorum, cum mores,
tum ingenia, diuina sapientia, equidem graphice hisce
Sapien. 2 uerbis expreſſit, dicens : Venite, inquit, & fruamur
bonis quæ sunt, & utamur creatura tanquam in iuuen-
tute celeriter. Vino precioso, & unguentis nos implea-
mus, & non pretereat nos flos temporis, &c. Et quis
nam omnia ebrij hominis opprobria descripſerit?
Quis nō fastidiret incompositas illas uoces: Ede, bibe,
Iude: quibus uocibus belle magistrum suum referunt
Sardanapalum, quia consimiles ædiderit iam olim ille
uoces. Pudet hic referre tetras illas eructationes, gra-
ues exhalationes, turpiloquia, crebrasq; per mēſas in-
geminationes: Edamus & bibamus, cras enim morie-
mur: & alia id genus indigna, quæ, tanquam mater fi-
lias, secum adſert temulentia. Hæc intempestiuos po-
lyposiarchas illos & deo et hominibus iniuicos reddit.
Hæc & priuatis & publicis rebus ingens semper ad-
ferre uisa est nocumentum. Et ueluti naufragij, etiam
post sedatam tempeſtatem, remanet iactura: ita temu-
lentiæ non uno duntaxat, sed & ſequenti die mala ſen-
tiuntur. Etenim ea est eius natura, mox ut mentem ho-
minis obruerit, degenerem reddere hominē, ac ipsum
omni prorsus exuere prudentia, mansuetudine, forti-
tudine, humilitate: contrā uero inuehere omniū uitio-
rum, ceu lernam quandā malorū, turbam. Cur piget
attendere

PRIOREM AD TIMOTH.

113

attendere mandato regis nostri tam pio , tam iusto &
salutari: quod omnibus ex aequo constituit,dicens: At
tendite ne forte grauentur corda uestra ebrietate & Luc.21
crapula. Nam ebrietatis ægritudo sola est que cū cor
pore & animum reddit debilem. In reliquis fieri po-
test, ut iuxta Apostolum,cum infirmatur corpus,tunc 2.Cor.4
robustus sit spiritus: & ubi externus homo corrumpi-
tur,internus tamen renouetur in dies singulos. At quæ
temulentiam comitatur infirmitas , corpus simul &
animam corrumpit,spiritum cum carne uitiat,omnia
membra debilitat,manum,pedem: linguam ad turpiam
resoluit,aciem oculorum obfuscat , mentem obliuione
uelat,ut ne hoīem se sciat esse,qui iusto plus umi succo
capitur. Sed sinamus illos tam male fortis ad bibendū
uinum,ut propheta uocat,uiros,tam male & de se,et Esaie.5
de reliquo humano genere meritos: properemus poti-
us ad ea, quæ dcinceps apostolica autoritas,hunc in
modum proponit,dicens:

Quorundam hominum peccata ante
manifesta sunt, præcedentia ad iudicium,
quosdam uero & subsequuntur . Con-
similiter & bona opera ante manifesta
sunt, & ea quæ secus habent, occultari
non possunt.

Redit ad ea , de quibus præcedenti distributione

non nihil audistis. Nempe debere episcopum non solum
proprijs carere uitijs, sed cauere etiam atq; etiam ne
malos ecclesiæ rebus præficiat unquā:qua in re quine
gligens fuerit, non video sinistram suspicionē qui posa
sit effugere. Dupliciter enim reus uidebitur, & quia
cognouit iam ante malum esse, cui delegauit munus ec
clesiasticum, & quia per negligentiam tam ardua
prouinciae præfecit inexplicatum. Porro si post dilig
gentem explorationem delusum se senserit episcopus,
ipse, quia apostolicum decretum hac in parte sequua
tus est, culpa caret. Nam præuidere, qualis quis futu
rus sit, solius dei est, qui nouit omnia antequam fiant.

I. Reg. 16 Homo enim uidet ea quæ parent, dominus autem in
Hiere. 17 tuetur cor. Et apud Hieremiam dicitur: Ego dominus
scrutans cor, & probans renes. Quod cognoscens So-

3. Reg. 8 lomon, dicebat: Tu nosti solus cor omnium filiorū ho
Hiob. 12 minum. Et Hiob ait: Ipse nouit & decipientem, & cū
qui decipitur. Proinde cuius promptū est cognoscere
faciem humanorū operum (externam illam dico ope
rum speciem) cæterum quæ secretō in animo quis ge
rat, nemo recte intueri potest. Id quod olim, Momum
quendam, in tam admirando opificio, e quidem amarē
reprehendisse, finxit antiquitas. Is nanq; & opificem
hominis calumniatus est, quod non etiam fenestras illi
in pectore addidisset, quibus perfici possent, que in
ipso secretiori cordis recessu laterent. Atqui sic uisum
est deo,

est deo, quemadmodum dixit Apostolus: ut nemo ho- 1. Cor. 2
minum noscere queat, quæ sunt hominis, nisi spiritus
hominis qui est in eo. Vnde quandiu inexplorata no-
bis manserint aliena peccata, præceptum Christi se-
quendum duco, qui suos omnem penitus temerariant
condemnationem quam longissime fugere docuit: No- Matt. 7
lite, inquiens, condemnare, ne condemnemini. Et quia
busdam Apostolus noster scribens, dicit: Ne ante tem 1. Cor. 4
pus quicquam iudicetis, donec uenerit dominus, qui &
illustraturus est occulta tenebrarū, et patefaciet conse-
lia cordium. Quid quo se aliud sibi uolunt illæ aut co-
similes sententiae, quam ut ea, quæ hic per hypocrisim
occultantur, nec unquam produntur in mundo, futu-
ro regis Christi iudicio producenda relinquamus? Sunt
autem quorundam peccata modo quidē occulta, rete-
genda uero postea, de quibus dictum est: Ex fructibus Matt. 7
eorum cognoscetis eos. Et illos, donec prodaniur à lu-
ce, patienter ferre debet episcopus. Sic Iudam tulit
Christus, donec nemo discipulorum suorum cognovit
quia diabolus esset, quia proditor esset. Non, inquam,
prius à consortio suo exclusit proditorem, quam ipse-
met cum execrationis, tum perditionis suæ documen-
tum palam iam mundo ostendisset. Tunc enim primum
iubet ut pergaat, dicens: Quod facis, fac citius. Quæ Ioh. 13
uerba (ut obuter & hoc uos moneam) ciectionem Iude
& consortio electorum concludunt: non autem, ut plea-

Cap. v ANN OT. IN EPIST. PAVLI

risq; non recte uisum est , prodigionis præceptum comprehendunt. Nam toties iam frustra proditorē suum admonuerat Christus , cuius salutem utiq; si fieri posset, quærebat: sed ipse quo quis adamante durior, omnē sanam admonitionem semper magis magisq; contemnere cœpit. Unde, quod abit Iudas & perit, iudicium dei esse dicimus, cuius profunditas nulli unquā mortaliū satis explorata fuit hactenus. Hæc ideo dico, ne quem unquā temere abiijciamus à consortio nostro, ne fastidiamus quenquā, nisi in quo certa excæcationis indicia deprehendere liceat. Porrò de ijs, quorum peccata iam antè manifesta sunt mundo, sententiam ferre haud admodum est difficile . Iam enim ut in oculis dei Matt. 7 iudicata sunt, ita fideles ea, tanquā putres malæ arboris fructus, ignorare non possunt. Neq; enim colligunt de spinis uiam, neq; de tribulis ficus. Proinde mala arbor, bonos fructus ferre non potest. Neq; iuxta Apo Gal. 5 stolum, occultari possunt opera carnis: quæ sunt hæc: adulterium, scortatio, immunditia, lasciuia, simulariorum cultus, ueneficium, imimicitiae, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, sectæ, inuidiae, cædes, ebrietates, comedationes, & his similia: de quibus prædicto uobis, quemadmodū & prædixi, quod qui talia agunt, regni dei hæredes nō erunt. Nos porrò quia Christi spiritu accepimus, iuxta mentem illius fructus ædamus: charitatē, gaudiū, pacem, lenitatem, benignitatem,

tem, bonitatem, fidem, mansuetudinem, temperantiam.
Nam qui hisce virtutibus uitam suam instituerunt, ni-
mirum iam pridem uniuersis operibus carnis abrenun-
ciantes, semper magis magisq; impelluntur ad honesta
stapē Christum dominum nostrum, qui uiuit & rea-
gnat deus in omnia secula. A M E N.

DISTRIBVTIO XVI

Nec dum cessat apostolicus spiritus primo do-
cere episcopos, deinde admonere eos, quos
uel nativitas, uel bellum, uel alia id genus sinistra uitæ
fortuna, in seruitutem coniecit. Nam quia non aliud
est quod ex æquo libertati conferre possis, reperti sunt
qui seruitutem, ipsa etiam morte duriorem ducent.
Quia in re Apostoli præceptum audiant illi.

CAPVT VI

Vicunq; sub iugo sunt ser-
ui, suos dominos omni ho-
nore dignos ducant, ne no-
men dei et doctrina male au-
diat. Qui uero fideles ha-
bent dominos, ne contemnant, quod fra-
tres sint, sed magis inseruant, quod fide-
les sint ac dilecti, qui beneficentiae parti-
cipes sunt. Hæc doce & exhortare.

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVL

christiani, qui per baptismū in ueram libertatem asserti tam sunt, ut non sua quærunt, sed quæ Iesu Christi: ita cōmuni omniū tranquillitati consulentes, nulli nō humanæ creaturæ subduntur propter deū. Quem admodū autem Christi regnū non est de hoc mundo, ita & Christianorum libertas temporaria nō est, sed æterna. Huc qui animum suū transmisserit, facile uariū illud in mundo seruitutis genus contemnet. Nam ut seruitus illa perpetua non est, ita neminē à libertate spiritus excludit, modò sit nemo qui fœdis se moribus, oblatæ per Christū manumissionis, reddat indignū. Cogitemus potius q̄ magna sit humanæ naturæ seruitus, imò miseria potius: & quam undiq; seruilis sese offerat miseria, undiq; misera seruitus. A quibus ut liberum esset genus mortalium, deus hominem induit: omnem illam peccatorum seruitutem in unum filium transferens: Id quod ab Esaiā luculenter dictum est:

Esaiae. 43 Scruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Nam nostra peccata, nostræ iniquitates, in tantam seruitutem deiecerunt filium dei Christum, qui semetipsum inaniuit, forma seruifsum

Philip. 2 pta, in similitudine hominum constitutus, hoc est, in similitudine carnis peccati ueniens, & figura repertus ut homo, humilem præbuit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, moriem autem crucis. Hoc quid aliud est, quam quod Christus seruiuit propter peccata

peccata nostra abolēda? Hinc illæ uoces: Nō accepistis Rom. 8
 spiritū seruitutis iterū ad timorē, sed accepistis spiritū
 adoptionis, per quē clamamus, Abba pater. Et iterū
 alio loco: Quoniā aut̄ estis filij, emisit deus spiritū fi- Gal. 4
 lij sui in corda nostra clamantē, Abba pater. Itaq; iam
 nō est seruus, sed filius: quod si filius, & h̄eres dei per
 Christū. Rursumq;: Non enim dedit nobis deus spiritū 2.Tim. 1
 timiditatis, sed potentiae ac dilectionis & sobrietatis.
 Atq; ideo ut potentia regni Christi nō consistit in hisce
 fluxis & caducis rebus ullis, sed in iustitia, pace, &
 gaudio spiritus sancti: ita uirtus libertatis nostræ non Rom. 14
 est in hac uulgari uiuendi licetia, sed quo est à peccato
 liberius, hoc magis nos cōstringit in officio charitatis.
 Vnde qui nō ob aliud, q̄ quia Christiano noīe cēsetur,
 inuito domino suo, ius seruitutis detrectarit, ille procul
 dubio nondū nouit q̄ sit officiosa, q̄ sit omnib. propter
 Christū exposita, uera & inuincibilis illa Christiano-
 rū charitas. Qua in re Apostoli nostri studiū cōsidera-
 re licet, qui Onesimū illū suū (iure enim illius Onesimū
 dixerim, nā Romæ illū in uinculis genuerat Christo)
 magnis subinde precibus hero suo recōciliare nō dubi-
 tauit. Indignum, opinor, ratus, si fugitiuus seruus hae
 sua fuga (quāuis ea ad Christū illi uia fuisset) immode-
 ratus cōtristaret liberalē illū Philemonis heri sui ani-
 mum, hoīs alioqui non minus in reliquos sanctos, q̄ in
 ipsum etiā Apostolū, officiosi.

Cap. vi ANNOT. IN EPIST. PAVLI

At hic scio rogabunt quidam, quibus nulla præterea cognita fuit hactenus seruitus alia, præterquā uel garis illa, qua quispiā, sive mercedis illectus, sua sponte, ad præscriptum duntaxat tempus aliquod, alterius se potestati subiicit: qua de hic loqui Apostolum nō intelligimus: sed de alia, qua homo uel natuitate, uel captiuitate, uel alio id genus casu in alterius potestatē inciderit. Rogabunt, inquam, hic quidam, sit ne à deo & secundum hōiem illa, de qua hic loquitur Apostolus, seruitus. Proinde ne diutius suspendam animos uestrros, quod dico, accipite paucis.

Gene. 9 Cham, ut mihi quidē uidetur, primus in scriptura sancta seruus fuisse perhibetur: quem non alia ratione sanctissimus pater Noë alijs subiecit, quām propria filij id exigente malitia. Sic enim scripturæ loquitur sp̄iritus: Euigilans autem Noë ex uino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suis minor, ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorū erit fratribus suis. Dixitq; Benedictus dominus deus Sem, sit Chanaan seruus eius. Dilatet deus Iaphet & habitet in tabernaculis Sem, sūtq; Chanaan seruus eius. Neq; uero impios tantum & peccatores, sed & iustos non raro & deo charos hæc seruitus apprehendit. Quid enim Iosephi innocentia uel pulchrius uel sanctius habuit illa olim uniuersa simul Israëlis familia?

Gene. 37 At ipse Hismaëlitis in seruum uenditur, & à fratribus uenditur. Neq; præterea quicquā illi obfuit carnis illa

lis illa seruitus, quo minus & libertus esset dei. Quin & Israëliticus populus admodum dura in Aegypto premebatur seruitute, donec icti cum Abraham, Isaac & Iacob foederis recordaretur deus. Cuius deinde liberationis ne filios, & reliquā huius gentis posteritatem, aliqua caperet obliuio, in hunc modum parentibus praeceptum est per Mosen : Cum interrogauerit, inquit, filius tuus cras, dicens: quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos dominus de terra Aegypti, de domo seruitutis. Qui metiam deinceps cum ingrati beneficiorum dei, contemptim ad mandatū liberatoris sui uiuere cœpissent, in longe duriorē ab ducti sunt seruitutem. De qua nimirum illa Hieremiac prophetæ uerba intelligimus : Hæc dicit dominus. Pro eo quod non audistis uerba mea, ecce ego mittam & assūtam uniuersas cognationes Aquilonis, ait dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt, & interficiam eos. Ponam eos in stuporem & in sibilum & in solitudines sempiternas. Perdāmque ex eis uocem gaudij, & uocem lætitiae: uocem sponsi & uocem sponsæ, uocem molæ, & lumē lucernæ. Et erit uniuersa terra eius in solitudinem, et in stuporem, & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. At uero cum cœpissent impleri

Ibid. 29

Cap. VI A N N O T. IN EPIST. PAVL

Septuaginta anni, rursum misericorditer in pristinam libertatem asserti sunt, id quod idem testatur propheta:

Hiere. 29 ta: Quia hæc dicit dominus: Visitabo uos, & suscito super uos uerbum meum bonū, ut reducam uos ad locum istum. Vides & hic huius scrututis iugum non esse aliud quam peccati poenam, qua ingratitsæpe electi, non infrequenter plectuntur? Sic regno & populo Iudee (cuius peccatum stilo ferreo inscribendum prædictit propheta) comminatur dominus, dicens:

Hiere. 17 Et relinqueris sola ab hereditate tua, quam dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras.

Neq; præterea minus esse potest Christianus, qui huiusmodi seruos quasi per manus, à maioribus hereditario iure acceperit: neq; item, quæ ea seruitus sic aprehenderit, à libertate spiritus exclusus est. Cuius rei satis eidens specimen præbet sanctissimus ille Abram, qui & deo placuisse, & istiusmodi seruos habuisse scribitur. Proinde neq; seruos illius fastidiuit dominus, quando et illos à signo fœderis, circuncisione, nō exclusit: ostendens nimirū & eos qui præsunt, & eos qui subsunt, nulla equidem dignitate meritorū distare apud deū: modò uirobiq; nō sit qui tantam dignitatem indignis moribus confpurget. Verba scripturæ subscribam. Tulit aut̄, inquit, Abram Hismahel filium suū, et omnes uernaculos domus sue, uniuersosq; quos emerat, &

Gene. 17

rat, & cunctos mares ex omnibus uiris domus suæ, &
circuncidit carnē præputij eorum, statim in ipsa die,
sicut præceperat ei deus.

Quid quod dominus curā seruorū agens, septimo
illos anno manumitendos præcepit, dicens: Si emeris Exod. 21
seruum Hebræū, sex annis seruiet tibi, in septimo egre Deut. 15
dicitur liber gratis: Quanquā hanc libertatē solis Iu-
dæis esse uoluerit. Nam alia lege seruos ex gentibus
constringit: Seruus, inquiens, & ancilla sint uobis de Leuit. 23
nationibus quæ in circuitu uestro sunt, & de aduenis
qui peregrinantur apud uos, uel qui ex his nati fue-
rint in terra uestra. Hos habebitis famulos, & hærea-
ditario iure transmittetis ad posteros, ac posse debitis
in æternum.

Attamen ne uel sic existiment domini, omnia li-
cere eis in seruos quæ libet. Ne serui omni prorsus se
libertate exutos putarent, alia lege cautū est, ut si fe-
rox forte domini animus atrocius, quam par est, in ser-
ui caput sœuire pergeret, & ille, saluti suæ consulens,
fuga elaberetur, diuertere iqvad proximum quempiā,
ne is fugientem ad sese seruum, ferocienti domino suo
ad puniendum uel proderet, uel traderet. Verba legis
sic habent: Non trades seruū domino suo, qui ad te con Deut. 23
fugerit. Imò ut alio loco dicitur: Si percusserit quispiā Exod. 21
oculū serui sui, aut ancillæ, & luscios eos fecerit, dimit-
tet eos liberos, pro oculo quem eruit. Adeò seruos non

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAULI

destituit cura sua deus, ut libertate donandum uoluerit, si quem forte crudelius aut etiam equo inciuilius tractasset herilis furor. Hæc paulò fuisse tractare habuit, ut qui forte seruorum loco sunt, euidem se sciāt hoc magis perdurare in officio debere, quo magis in libertatem spiritus per filium Christum admittuntur.

Sunt præterea plures loci testamenti noui, qui non tam seruos quam dominos officij sui commonefaciant. Nam indignum quid cōmittere magistratus aduersus eos quibus ordinata à deo potestate præfecti sunt, A postolus in epistola ad Romanos uetat, ubi illud addit: Dei enim minister est tibi in bonum: significans utiq; non propterea in eminentia constitui quenquam ut facere illi liceat quod libet: sed meminisse uelint, q; non sit tyrannis, sed ministeriū potius hæc tam ardua in alios concessa potestas. Imò quia ministri dei uocantur, non tam sibi, quam his quibus præsunt prospicere debent. Ideoq; dixit Apostolus: T I B I I N B O N V M: subindicans præfētō, qui hoc duntaxat, ut præsit, ministerium ambit, non autem ut bene præsit, hoc est, ut reipublicæ in bonum præsit, eum esse uastatorē et morum et legum Christianarū. Tum in epistola ad Corinthios seruum à liberto non exclusit, in his quæ sunt salutis, dicens: V nusquisq; in ea uocatio ne, in qua uocatus fuit, maneat. Seruus uocatus es: ne sit tibi cura: quinetiā si potes liber fieri, potius utere.

Etenim

Rom. 13

1. Cor. 7

Etenim qui in domino uocatus est seruus, libertus domini est. Similiter & qui liber uocatus fuit, seruus est Christi. Precio empti fuisti, nolite fieri servi hominum.

Deinde ad Galatas scribens, ostendit non esse apud Gal. 3 deum personarum acceptationem, posteaquam quicunque baptizati sunt, Christum induerint. Non est, inquit, Iudeus, neque Graecus: non est seruus, neque liber: non est masculus ac foemina. Omnes enim uos unus estis in Christo Iesu. Quinetiam alius scribens quam potest maxime admonet, immo praecepit potius in domino, ne mendacio utantur alius aduersus alium, posteaquam exuisserent ueterem hominem cum factis suis, induissentque nouum, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius, qui condidit illum: ubi non est Graecus & Iudeus, circuncisio & praeputium, Barbarus & Scytha, seruus, liber, sed omnia in omnibus Christus. Et iterum quatenus servi in officio dominorum se continere debeant, ait: Serui, obedite per omnia ijs, qui domini sunt secundum carnem, non obsequijs ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere studentes, sed cum similitudine cordis, timentes deum. Et quae illic sequuntur.

Contra uero & dominos, ut certissimo gradu querant ad felicitatem contendere, admonet, docens interrim ne tantum oculos in abiectos illos mundo homines, seruos, defigant, tanquam qui nihil commercij habent cum salute: sed illud potius cogitent, quam nulla

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Ephe. 4 sit in oculis dei inæqualitas, sed omnes ex æquo aut
unum sumus, aut unus est deus & pater omnium, qui super

Rom. 6 ne & serui in mortem Christi baptizati sunt? Nónne
liberati à peccato, serui facti sunt iustitiae? Quin tu ò

here illud potius cogita, q̄ nō sit tutū atrocious tracta-
re illū, qui iam per fidē filius dei factus est, qui hæres
dei, frater et cohæres Christi, qui cōmunem adoptio-
nis spiritū in baptismo adeptus, eiusdē corporis mysti-
ci membrū factus, eodem precio in ueram libertatem
assertus. Et hæc cum ita uere se habeant, cōueniens nō
est, contemnere eum, qui cum tibi tot sancta & nulla
non ex parte desideranda summe felicitatis coēunt
cōmercia. Sed ipsiusmet Apostoli præceptū audite: qui

Ephe. 6 cum seruos officij sui admonuisset, tandem quæ partes
sint dominorū, sic insit: Et uos domini eadem facite era-

ga illos, remittētes minas: scientes, quod & uester ipso-

rum dominus est in cœlis, nec personæ respectus est

Col. 4 apud illum. Et alibi: Vos, inquit, domini æquitatē &
æquabilitatem seruis exhibete, scientes quod & uos
habeatis dominum in cœlis.

Hanc qui sequūtur regulā, ut facile per uirtutē man-
suetudinis omnium in sese accendūt amorē, ita per uitę
honestatē omnē quoq; à se tyrannidis remouebunt suę
spicionē. Et hoc equidē facient, nisi uiciſſim & ipsi, in
se quoq; dei nostri iram prouocare uelint. Quod fa-

ctum

Etum contemptus dei sequi solet. Deinde nisi fortunis
 suis, nisi dignitati & saluti sue male consultum uelint,
 facient: quorum primū illud calamitatem, alterū igno-
 miniam, tertium mortem & exitium sēpē numero ad-
 ferre solet: id quod in Pharaone uidere licet. Verum Exod.
 hic rursum uos quoque ô serui sermo noster appellat,
 quos ut uolo dominorum suorum sententijs non temere
 reluctari, ita nolo pāsim aut dictis contumeliose ob-
 strepare, aut factis odiose insultare, ne duplex simul
 malum uobis cōsciscatis: alterum, ut odium dominorū
 in uos conuertatis: alterū, ut iniuīsi vulgi quoq; homi-
 nibus, neq; deum nosse uidcamini, qui recte factis præ-
 mia decernat: neq; inferos credere, qui uos à malis ab-
 sterrent. Et quanquā uehementer durū esse uideatur,
 hac in seruitute tanquā in ergastulo quodā diutius cō-
 tineri: tamen his qui nō queunt cōmode seruitutis iugis
 excutere, haud paulo melius est sub hoc perdurare,
 quam excitata, ob nescio quas quamlibet res friuolas,
 seditione, ad libertatem assurgere. Non est enim in hac
 libertate summa illa beatorum collocata felicitas. Nec
 officit, quo minus quae honesta sunt sequaris. Imò quia
 momentanea est, ut sic dicam, tantum in dies singulos
 decrescit, quantum in te crescit amor Christi, per quē
 una simul omnibus fidelibus libertas contigit à peccato: qui est deus benedictus in secula. AMEN. Ioan. 8

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

DISTRIBVTIO XVII

Diximus nimirū satis pro tempore, quæ sit seruorum conditio, quod esse illis debeat erga dominos suos officium: quod item studium dominorū ad seruos: & quomodo primæ nativitatis impuritas ex æquo uniuersos peccati seruos constitutat: & quomodo cōmunitas illa datae per Christum manumissionis ratio uniuersos à iure peccati & mortis liberet, ut iam & in seruitute carnis, libertas stare possit spiritus: & in libertate carnis, seruitus dei nibilo minus etiam constiteret queat: nempe cum & domini & serui per unum dominum, per unam fidem, per unum baptisma, per unum deum & dominum omnium, in unitate spiritus, per vinculum pacis coniunguntur. Neq; enim tyrannidem exercebunt domini, si cum humilitatē seruorum, & diligens in obeundis officijs studium uidentes, meminerint, quanto sit deus potentior, cui uelint nolint ipsi etiam tyranni subesse cogantur, qui in Christo filio omnes ex æquo diligit fideles, nullam neq; personarum, neq; conditionum respectum habens. Proinde neq; serui aduersus herile caput cristas impatientius erigent, si cum meminerint, quām nō sit tutum resistere eis, quos in tantum honorem euētos cernimus, ut non tam uocentur quām uere etiam sint ministri dei: ut iam dei ordinationi magis quām hominibus resistant, quicunq; restiterint illis. Meminerint potius se curare esse deo,

Ephe. 4

Rom. 13

esse deo, nec unquā non ipsos misericordiæ sue oculis
respicere, etiam in ipsa Aegypto, fornace scilicet fer-
rea, ut scriptura loquitur: etiam sub ipsis in Baby-
lone Aſyrijs. Demum et illud meminerint, nullam eſa-
ſe in mundo, præter peccatum, seruitutem, quæ ſpi-
ritum à laudibus dei reuocari aut poſſit aut debeat.
Nam per baptismum fit, ut et ſerui in populum dei
transire queant, ubi iam nulla fit et ipsis condemna-
tio, cum his qui infiti ſunt Christo Iesu: quod iam non Rom. 8
amplius iuxta carnem uersantur, ſed iuxta ſpiritum.
Quandoquidē et ipsis in electorū albo recenſentur, de
quibus tam magnifica per Eſaiam loquitur dominus:
Populu, inquit, iſtum formauit mihi, laudē meam narat. Eſaiæ. 44
rabit. Nunc porro de his qui ſecus, quām dictum, do-
cuerint, quid ſentiat apostolicus ſpiritus, uideamus.

Si quis diuersam ſequitur doctrinā,
& non accedit ſanis sermonibus domini
noſtri Iesu Christi, & ei quæ ſecundum
pietatem eſt doctrinæ, iſi inflatus eſt, ni-
bil ſciens, ſed insaniens circa quæſtiones
ac diſputationum pugnas, ex quibus na-
ſcitur inuidia, contentio, maledicentia,
ſuspicioſes malæ, ſuperuacaneæ conſli-
ctationes hominum mente corruptorū,
& quibus adempta eſt ueritas, qui exiſti-

Cap. VI ANN OT. IN EPIST. PAVLI
mant quæstum esse pietatem. Seiungere
ab his qui eiusmodi sunt.

Hic Apostolus eos mihi doctores producere uide-
tur, qui plus quam par est inflati scientia, immemores
charitatis, pro libertate spiritus, nescio quid carnalis
ac commentitiæ libertatis introducunt. Qui et si Chri-
sto initiati sint, tamen nondū satis per fidem radicati
in charitate, sed uel falso opinatiæ scientiæ titulo turgi-
di, uel male institutionis sue magistris plus & quo as-
sentientes, non capiunt Christianæ charitatis latitudi-
nem. Qui non adeò deplorandi nobis essent, si seipso-
duntaxat in exitium coniicerent, nisi seruilem etiam
simplicitatem unâ secum & traherent & perderent:
dum scilicet sunt simplicioribus seditionum autores.
Quo facto tandem neq; deo grati, neq; hominibus amas-
biles redditur. Vera scientia, ut est pacifica ac mode-
sta, ita supercilium arrogatiæ nescit. Contrà, inscitia ut
est turgidi spiritus, ita nō tantū nō prodest latius pro-
pagandis euāgelicæ philosophiæ rudimentis, sed & la-
dit nōnunq; id quod hodie paſsim est cernere, dū quis-
dam quo sunt indoctiores, hoc sunt in exponendis, si-
ue ut apte dicam, torquendis, peruertereisq; sacris scri-
pturis, audaciores. Nec scire dignantur, ait Hierony-
mus, quid prophetæ, quid apostoli senserint: sed ad sen-
sum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande-
rit, & nō uitiosissimū dicendi genus deprauare senten-
tias, &

tias, & ad uoluntatē suam sacram scripturā trahere repugnantem. Proinde nihil stultius habet maximus hic orbis, quām eos, qui cum sint aut pessimi, aut indoctiissimi, tamen, ut sunt impudentes, magno spiritu indecet & multitudini persuadere nitūtur, nihil esse prorsus ubiq; cum pietatis tum scientiæ, quod non præstare queant ipsi, cuius non absolutam assequuti iam sint cognitionem. Quos Christianos non esse, uel hoc deprehendes argumento, quod leuibus quibusque de rebus, tanquam de lana, ut aiunt, caprina, fronte rugosa, æstuanti stomacho, inflatis buccis, carentibus interim oculorū lumīnibus, digladiantes, omnia sursum, deorsumq; confundentes, nunc insolentius gestire, si quando apud promiscuam inconstantis vulgi multitudinem somnia sua, atq; adeò mendacia sua inianni cum plausu perorarint, nunc impotentius ringi animo, si cum à doctioribus & cordacioribus insciati.e, imò stultiæ suæ admonentur, coarguuntur' u.c. Neque ulli ferè hoc faciunt crebrius, quām ij quibus nullum unquam cum honestis disciplinis fuit consortium. Nihil tam odit Christiana philosophia quām serox & paulò pertinacius in differendo ingenii: contrà, nihil tam amat q; pacem, unitatē, & tranquillitatem animorū. Vnde & finis eius esse potest tranquilla, et ab uniuersis simul periurbationibus libera conscientia. Ad quid enim aliud obtestatur Philippenses

Cap. vi ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Apostolus noster, nisi ad mutuā charitatem, ad ident
sentientem spiritum? ex quibus oritur tandem illa, lon
ge maior quām hic dicere queam, mentis trāquillitas.

- Philip. 2** Si qua igitur, inquit, consolatio in Christo, si quod so
latium dilectionis, si qua communio spiritus, si qua ut
scera ac miserationes, complete meum gaudiū, ut simi
liter affecti sitis, eandem charitatem habentes, unani
mes, idem sentientes: ne quid fiat per contentionem aut
per inanem gloriā: sed per humilitatem animi, alium
quisq; se præstantiorē existimet: ne sua quisq; specte
tis, sed unusquisq; quæ sunt aliorum. Et merito quidem
illos ut charitati incumbant admonet Apostolus. Nam
esto sanè sint quidam nō tam propensi quām docti eti
am ad disputationē, tamen nonnunquā consultius fue
rit nō scientiā, sed charitatē sequi: quod, ut alibi dici
I. Cor. 8 tur, scientia inflat, charitas uero ædificat. Scientia
enim ut tumorem animi non raro secum ad fert, ita tu
morem contemptus proximi sequatur oportet, ac de
inde inuidia comitatur cōtemptū: deinceps autem con
tentiones, rixæ, conuicia, impie in deum suspiciones,
disfidia, atq; ex his uarie illæ ac contra ueritatem pu
gnantes oriuntur sectæ, quæ hodie uirtute spiritus dei
aut iandudum flaccescere cœperunt, aut certe breui
pōst cum omni gloria sua interituaræ. Tunc demū uere
sapere incipient, cum spiritui sancto, ferox illud inanis
gloriæ superciliū submiserint. Alioqui, nisi per humili
tatem

tatem spiritus, ad sancte scripturæ cognitionē assura-
gere, aut quicquā sublimius & in arduo positiū conti-
gere, non possunt. Nam quia scriptura sancti à spiri-
tu dei est, eius capaces esse nō possunt elati et sibi plus
æquo placentes homunciones: propterea quod, ut Pe-
trus ait: Deus superbis resistit, humilibus autem dat
gratiam. Et diuinus Psaltes ait: Dominus humilia re-
spicit in coelo & in terra. Id quod ex prophanis scri-
ptoribus animaduertens quidam scripsit:

1. Pet. 5

Psalm. 112

Claudi.

Inquinat egregios adiūcta superbia mores. Et alias:
Sequitur superbos uictor à tergo deus.

Seneca in

Hercu. fua
rente.

Nam sic iamolim ab æterno uisum est deo, qui semper
quæ sunt stulta in oculis mundi eligit, ut pudefaceret sa-
pientes. Sic semper uerbum crucis sapientibus mundi
stultitia fuit, ut perirent: At nobis, qui nō gloriarnur
in sapiëtia carnis nostræ, sed in domino, qui salutē con-
sequimur, idem uerbum crucis, potentia dei est. Scri-
ptum est enim: Perdam sapientiā sapientium, & intel-
ligentiam intelligentiū reiçiam. Vbi sapiens? ubi scri-
ba? ubi disputator seculi huius? Nōnne infatuauit deus
sapientiā mundi huius? Nam postquā in sapientia dei,
non cognouit mundus per sapientiam deum, uisum est
deo, per stultitiam prædicationis saluos facere creden-
tes. Apostolus noster disputationū contëtiones uitans,
ac simplici ueritatis oratione fretus, superciliosis aliis
o qui disputatoribus resurrectionis mysteria persuasit.

1. Cor. 1

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Qui si uerbis cōtendere uoluisset, quiduis potius per-
suasisset, hominibus alioqui ad pugnas uerborum for-
matis, quam hominem & deum esse Christū, qui mor-
te propria, humanum genus à peccati tyrannide libe-
rasset, ac deinde resurrectione etiam sua, uniuersis si-
mul credentibus resurrectionis spem fecisset. Ecclesia

Hebr. 13 Christi, ut percigrinas doctrinas nō agnoscit, ita perti-
nacius contendendi consuetudinē non habet. Cæterū,

I. Cor. II. inquit Apostolus, si quis uidetur contentiosus esse, nos
huiusmodi consuetudinem non habemus, neque eccles-

Gal. 2 siæ dei. Sic ipse alio loco amicè & humiliter con-
tulit Euangelion, quod prædicabat inter gentes, cum
bis qui erant Hierosolymis apostolis: neque illi qui
cum in precio essent, imò quia et columnæ uidebātur,
quicq; tamen per insolentiam aut supercilium in dispu-
tationem uocabant, ex ijs quæ Paulus & Barnabas
attulissent: quin potius dantes illis dextras societas-
tis, ut in gentes, quemadmodum ipsi in circuncisio-

Acto. 6 nem, apostolatu fungerentur. Stephanus vir plenus fi-

& 7 de, & spiritu sancto, quanta quæso modestia, quanta
constantia & grauitate scripturas sanctas citat, ut
gratiam & gloriam mortis Christi annunciatet lu-
dæis: ut uelamen legis, quod cordibus illorum ad
hunc usque diem, quum legitur Moses, impositum
est, auferret?

Neq; hæc quæso existimetis à me dicta, quasi nō lie-
ceat

ecat cordatis uiris impiorum opiniones refellere acris
us: imò cogitate potius illos omni telorum, ut uocant,
genere non tam oppugnandos, quām expugnandos, sī
quando non aliter negocio pietatis consultum fore uia
debitur. Sic Moses & Pharaoni, & cunctis sapienti-
bus Aegypti, magno, intrepidoq; resistebat animo.
Christus Pharisaeos in faciem proscidit, quoties uerit-
tati pertinacius reluctarentur. Et eum sequutus Ba-
ptista ait ad eos: Progenies uiperarū, quis uobis sub- Matt. 3
monstrauit, ut fugeretis àuentura ira? Propheta Na-
than, non est ueritus in faciem corripere David re- 2. Reg. 12
gem, quod minus candide in uia dei ambulasset, quod
que callide adulterium homicidio cumulasset. Magno
quoque Helias spiritu, regi Achab ad se uenienti, ac 3. Reg. 18
dicenti: Tu ne es ille, qui conturbas Israēl? respon-
dit: Non ego turbavi Israēl, sed tu & domus patris
tui, qui dcreliquistis mandata domini, & sequuti ęstis
Baalim. Apostoli, ut autor est in Actis Lucas, cū prin Acto. 5
ceps sacerdotum paulò durius illos uerbis inuaderet,
ne loquerentur in noīe Iesu, replerentq; Hierosolymā
doctrina salutari: constanter responderunt: Obedire
oportet deo magis quām hominibus. Elymas magus,
proconsulem Sergium remorari conabatur, ne sera- Acto. 13
monem dei, quem equidem auide fitiebat, è Barnaba
& Paulo audirēt. Quod Paulus ut animaduertit,
repletus spiritu sancto, intentis in eum oculis, dixit:

Cap. VI . ANNOT. IN EPIST. PAVLI

O plene omni dolo, & omni uersutia fili diaboli, ini-
mice omnis iustitiae, non desinis inuertere uias domini
rectas? Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæ-
cus non uidens solem usq; ad tempus. Hic si Apostolus
cum homine, ut apparet, uerboſo & obſtrepero, uera-
bis nonnihil contendisſet pertinacius, potuſſet procō-
ſul in medio ultro citroq; ſucepte diſputationis aſtu,
aut mendacij fluctibus obrui, aut conſtantia requirere
in apostolo Christiano. Cōtemnendus erat potius ma-
gus, ut qui palam oppugnaret ueritatem dei. Contrā
ſi animum cœleſti philoſophia dignū attulifſet, in ſpi-
ritu lenitatis ab Apostolo erat iſtituendus. Sic Philip-

Acto. 8 pūs & ipſe apostolus Christi, cum Eunuchum uide-
ret auditate cognoscendae ueritatis teneri, magna hu-

Eſaiæ. 53 militate, ex Eſaiæ, illi exposuit Chriſtum eſſe filium dei.

Qui ſi ſpinoso aliquo uſuſuſet ſyllogiſmo, (ut rixas
& pugnas, illæ ſubinde frigidæ diſputationes gene-
rant) pugilem magis quam Christianum à ſe dimiſiſet.
Et animo per ſe prompto ad pietatem, nullis, ut ueris-
tati acquiescat, ſophiſticis opus eſt argutijs, ſed ſimpli-
ci ſermoni ueritatis, in ſpiritu lenitatis prolato. Pre-
ſtat nonunquā arena cedere magis, quam cum inflatis
illis diſputatoribus, & qui omnia ſacra prophanaq;
in quaſtionem uocant, paulo pertinacius configere.
Cur ea quærimus curiosius, quorū nullam humanū pe-
ctius iauenire potest rationem? An quia admirationi
eſſe cui

esse cupimus mundo? at qui hominibus placent, ait regius Psaltes, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et Apostolus noster loquitur: Nam si hactenus, inquit, Gal. 1 hominibus placuisse, Christi seruus non esset. An quia humanae salutis mysteria, humanae rationis nubilo subiungere, aut planè luci tenebras conserre quereris? at ea sunt eiusmodi, ut citra oculum fidei, cōtemplari haudquam possint. Qui credit, nō querit. Si quidem ut uera fides, omnes questiones tollit, ita questiones fidem ipsam suspectam reddunt. Quanquam non negarim conducere simplicioribus, si pie & modeste fructuosis questionebus, ut fidei robur magis fulciant, doctiores ac subinde in rebus spiritus exercitatores cōsuluerint. Qui porrò citra pietatem querunt, aut, ut Apostolus hic loquitur, qui insaniunt circa questiones, ac disputationum pugnas, tantum abest ut spiritum Christi habeant, ut longius etiam à profundis & uerc sacris fidei mysterijs arceantur. Et sunt alioqui sua sponte molestae pijs auribus stultae questiones. Nec quicquam officit magis, infirmis adhuc in fide Christi mentibus, quam nugatoria illa & inutilis innumerabilium questionum temeritas. Quid attinet in questione uertere quod nonnunquam tutius creditur, quam exploratur? Non ideo, quia naturam dei nescimus damnabimur, sed quia a bonitati illius nō fidimus, quia iudicium illius nō formidamus, quia peccata peccata

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

catis cumulamus, iuste nos poena comitatur. Non puerat Christianum nescire, quomodo pater deus genuerit filium deum ab aeterno, quomodo ab utroque procedat spiritus sanctus: satis sit illi humiliter credere, constanter confiteri, patrem generare filium, filium uero genitum a patre ante secula, spiritum sanctum autem ab utroque procedere: neque tamen tres esse deos, sed tres unum deum. Proinde hac in re Ambrosius sententia astipulatur nobis: Scrutari, inquit, super Lucam non licet superna mysteria: licet scire quod natus sit filius, non licet discutere quomodo natus sit. Illud mihi negare non licet, hoc querere metus est. Quid enim in rebus diuinis, que longe aciem humanae sapientiae superant, hisce incertis, et nunquam finiendis disputationibus promoureas, non video. Certe Apostolus nostor prætermittendas præcipit discipulo suo hasce profanias uocum inanitates: ad maiorem enim, inquit, proficient impietatem. Habet enim hic sermo illorum, qui omnia curiosius quam oportet in questionem uocant, ut cancer morbus, passionem suam, et qui praeterea ad nullam conductit utilitatem, sed ad subuersio nem audientium callide excogitatur. Cogitent Christiani, quoniam non conueniat, ut curiosi exploratores ascendant in regis sui castra, cum scriptum sit: Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Et iure quidem. Nam id quo de frigide disceptant quidam, aut est incompre-

2. Timo. 2
Prover. 25

tationibus promoureas, non video. Certe Apostolus nostor prætermittendas præcipit discipulo suo hasce profanias uocum inanitates: ad maiorem enim, inquit, proficient impietatem. Habet enim hic sermo illorum, qui omnia curiosius quam oportet in questionem uocant, ut cancer morbus, passionem suam, et qui praeterea ad nullam conductit utilitatem, sed ad subuersio nem audientium callide excogitatur. Cogitent Christiani, quoniam non conueniat, ut curiosi exploratores ascendant in regis sui castra, cum scriptum sit: Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Et iure quidem. Nam id quo de frigide disceptant quidam, aut est incompre-

comprehensibile humano ingenio, & iam rectius credimus illud quam inuestigauerimus: aut comprehendendi potest ab hominibus, quod queritur, & tamen neq; illud recte in notitiam tuam uenerit, nisi prævia orationis humilitate accesseris: quandoquidem, ut Christus dicit, mysteria salutis, non nisi parvulis, hoc est Matt. xi. humilitate fidei præditis, reuelari uoluit pater ille coelestis. Et aquæ Syloë, ut per Esaiam loquitur deus, Esaiæ. 8 suapte natura uadunt cum silentio. Et ueritas ipsa ut nihil unquam corruptionis in se recipit, ita nihil inanum quæstionum agnoscit. Christiani, ut paulo ante dictum, querunt quidem, non tamen ut instructiores in palestram descendant, aut hominibus ut placeant: sed ut ueritatem inueniant, inuentæ credant, & creditæ deseruant. Quod si qui, omnia curiosius inquirentes, et omnia in quæstionem uertentes, reperiantur, illos ego tanto minus Christianos esse censucrim, quanto magis curiositati illorum fidei bus militas cogitur cedere. Nam si querunt, ignorant: si ignorant, non credunt: si non credunt, non sunt Christiani. Quia autem ex mente corrupti sunt, facile adimitur illis ex ueritas, omnis corruptionis expers. Denique quid putas pietatis possident, qui in rebus pijs tam impie conflictantur, ut nihil unquam inde ad ecclesiam redire queat utilitatis? Vidi mus, & uidisse pudet, in theologico conflictu usque ad bilis

Cap. VI ANN OT. IN EPIST. PAVLI

et stomachi euersione incaluisse quosdam. Christiani
piè magis q̄ contentiose de rebus sacrī inquirūt. Nam
quia spiritum sanctum acceperunt, qui est amor patris
et filij, omnes prorsum turbas et contentiones odiūt.
Neq; item illud (si quando cognoscendae ueritatis gra-
tia conuicitur) apud illos, sinistræ suspicionis nascitur
occasio. Gaudet se uictus ab ignorantia in cognitionē
ueritatis transisse: neq; uictor insolentius animum ex-
tollit, quod fratri dux fuerit ad Christū: qui est cum pa-
tre et spiritu sancto deus benedictus in secula. Amen.

DISTRIBVTIO XVIII

HAec tenus abunde episcoporū munus prosequiu-
tus est apostolicus sermo: nempe oportere cum
qui esse uelit episcopus, nō solum doctrinæ sancte p̄r-
stantia, uerum etiam morū integritate, ac studio uirtutis
reliquam multitudinē antecellere. Ad quod ut quis-
piam citra fucū, tantæ prouinciae dignus reperiatur,
animus humilitate orationis instituendus uenit. Alio-
qui cuius elatus est animus, (etiam si scientia p̄fstat)
quā Christi animarū nostrarum pastoris uestigia imi-
tabitur? Scientia inflat, ait Apostolus, charitas ædifi-
cat. Et Christus cum omnia sciret, nec quicquā illum
lateret, magis tamen charitate nobis commendari uo-
luit quam scientia: quanquā et scientia in Christo, nō
illi inanis arrogantiæ occasione p̄buerit: qui p̄e-
terea

terca nihil quam meram charitatem, profundā spiritus humilitatem spirabat semper. Hinc episcopus & pastor animarum nostrarum uocatus est, ut qui nos tanquam oves errantes, propriæ uitæ dispendio, in pristinam dignitatem restituerit. Cui non modo oppressos pondere peccatorū erigere placuit, sed etiam universas simul hostiles incursiones procul à nobis propulsare: nec propulsare tantū, sed incomparabili quodam genere charitatis omnes in se recipere insultus inimici. Et hæc atq; his similia multo maxima fuerunt in Christo. Verū oportet episcopū simul exemplari suo Christo respondere, nec unq; non mentis oculos in illū defigere, nunq; nō illū & doctrinæ et uitæ sanctissimonia referre. Deniq; cum Christo regnum mundi detestari, opes contemnere, quæstū fugere, euangelicam frugalitatem amare: neminem ledere, prodeesse omnibus. Atqui hodie pañim illi nostri palliati episcopi, quæstum fecerunt pietatem: quo facto non aliud magis olim apud primores ecclesiæ Christi proceres, iniuriam fuit. Nostri si uere tales sunt, quales se esse tumentibus buccis prædicare non dubitant, cur aduersus doctrinā magistris sui Christi, mammonæ plus quam deo Matt. 6 inserviunt? Cur damnū pecuniae tam ferunt impateriter? Quando manū aperiret inopi, qui pecuniam animæ anteponit? Sed quæ de episcopis dicimus, (si sapientis) ad uos quoq; pertinere reputate. Omnes enim ex

Cap. VI — ANN. OT. IN EPIST. PAVLI
æquo ad contemptū avaritiae invitamur ab Apostolo.

Est autem, inquit, quæstus magnus,
pietas cum animo sua forte contentio.
Nihil enim intulimus in mundum, ui-
delice nec efferre quicquam possumus;
sed habentes alimenta, & quibus tegas-
musr, his contenti erimus.

Docuit uitandos esse qui quæstus gratia ueritatem
deserunt, qui nihil de futuro sperarèt, sed quomodo in
præsentis transfigat, quæadmodum Ambrosius annota-
uit, prouidetes, sicut et reliquæ mundanæ sectæ omnes,
quas constat propter præsentia lucra iniuetas. At qui ue-
re fideles sunt, student nō tam priuatis q[uod] publicis iniui-
gilare cōmodis: pietatē suā & alijs per misericordiā
inſinuātes. Sciunt enim pietatē promissiones habere et
præsentis & futuræ uitæ. Sciunt q[uod] nihil queant per so-
licitudinē cōgregare: id quod pulchre nos docet Chri-
stus, quādo omnes illas inanes curas ac solitudines in-
Matt. 6 patrē suū cœlestē reijcere iubet, dices: Dico uobis, ne si
tis solliciti uitæ ueſtræ, quid esuri ſitis, aut bibituri: ne q[uod]
corpori ueſtro quibus indumentis uſuri. & cetera quæ
ſequuntur Mat. cap. 6. Porro quæ demētia mortalium
cepit animos: quis tam inexplicabilis avaritiae ſitim, in
tam placido & ad uerā felicitatē tendenti animanti,
excitauit, ut umbratiles illas mūdi huius diuitias ſuſpi-
cere cœperit? Cur tantis laboribus & sudoribus, Cūt
interim

interim nō dicā dolos, fraudes, et illicitos contractus,
 quibus iam totus penē mūdus uarie exercetur) tam in-
 stabiles & mox post nos relinquēdas perquirimus di-
 uitias? Quid Tantali hortos suspicimus, quorum inte-
 rim nullus ad nos uere redditurus est fructus? Quid
 Crœso Lydorū tyrāno, diuitiae illæ suæ cumulatissimæ
 obfuerint, iam pridē ex alijs cognoscere potuistis. Imò
 finē spectastis illius in Euāg. diuitis, cuius uberos fru-
 ctus ager afferēs, cogitabat intra se, dices: quid faciā,
 quod nō habeā quo cōgregem fructus meos? Et dixit:
 Hoc faciā: destruā horrea mea, & maiora extruā, &
 illuc cōgregabo omnia quæ nata sunt mihi bona mea,
 & dicā animæ meæ: Anima, habes multa bona reposi-
 ta in annos multos, requiesce, comedē, bibe, gaude. Di-
 xit aut̄ illi deus: Stulte, hac nocte animā tuam repetūt
 abs te: quæ uero parasti, cuius erūt? Et tandem cōcludit
 dominus, dices: Sic qui recōdit sibi, nec est erga deū di-
 ues. Alibi sp̄inis cōparauit Christus diuitias: alibi iniu-
 stū māmona uocauit: quod raro quidē parētur ingen-
 tes diuitiae sine iniustitia. Ferè enim nūq optimis diui-
 tiæ cōtingunt pessimi sēpe pro arbitrio abundāt, nec
 unq nō cōmodis cōmoda succedūt: quibus in rebus pau-
 pertatē diuitiae uncere uidētur. Nā diuitiae incitamēta
 præbēt diffluēdi delicijs, dum eos quibus adsunt multa
 subinde noua semper afficiunt uoluptate. Sed habeā-
 nt sibi hanc suam inconstansimā uoluptatē diuites.

Luc.12

Ibid. 9

Ibid. 16

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Habeant nihilominus etiam sibi curas illas omnes, quibus uarie exercentur uel dum paupertate timent, uel dum anxie, ut aurum infodiant, circumeunt. Esto saepe pauperes minus consolationum in hoc seculo capiant quam diuites: at non ideo diuina etiam consolatione carent.

Prouer. 28 Sicut enim scriptum est: Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam diues in prauis itineribus.

Psalm. 36 Et regius Psaltes: Melius, inquit, est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. In euangelio Lu-

Luc. 16 ce legimus diuitem fuisse quendam, purpura uestimentem se & byssos, & quotidie comedantem splendide. Atqui ille fastu diuitiarum execratus, non respiciebat iacentem ad ianuam suam pauperem: ob quod & a diuitiis uere permanentibus exclusus scribitur. Quid illo dum uiueret sublimius? quid splendidius in hoc seculo? Contraria uero quid miserum magis Lazaro? quid foedius, quid abiectius in oculis mundi? Hunc ne, diues ille, misericordia cadebant de mensa, dignabatur. Tu autem si finem utriusque contempleris, uide bis procul dubio, illum in summa rerum omnium egestate agere uitam, in flamnis cruciari, nec esse quenquam, ex tam copioso famulatio suo, qui illi uel guttam aquae in refrigerium aestuatis linguae ministret. Ex aduerso, affluere hunc bonis omnibus, consolationem capere, secure agere, & illam iam possidere bona, quae oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hois non ascenderunt, quae precepit deus

I. Cor. 2

ravit deus diligentibus se. Quanquam nec hoc sic scri-
 ptum est, ut prorsus ab uniuersis singuli Christiani ar-
 ceantur diuitijs: quando quidē diuitie res quædam me-
 dia sunt, qua quis aut bene aut secus uti queat. Sic
 Abrahamū sanctū illum patriarcham diuitias posse Gene. 15
 disse scriptura sancta cōmemorat, nec tamen illi obste-
 tisse opes, quo minus apud deum paupertate spiritus
 cōmemorabilis esset. Hinc factum, ut quo semper, bene-
 dictione domini, reddebatur ditior, hoc se magis in ob-
 sequium proximi effundebat. Neminem unquam per
 dolum circumueniebat, nec quicquā per usuram possi-
 debat: sciens diuitem se factum, non ut aliena aut con-
 cupisceret, aut raperet, sed ut egenis subueniret, ut pe-
 regrinos exciperet. Quo facto tantū ille placuit deo,
 ut & angelos hospicio suscepisse legatur. Respiciebat Ibid. 18
 sanctissimus patriarcha nō in illos auri ac argenti the-
 sauros, quibus abundabat, sed in eum, qui credentibus
 tum promittebatur, Christum, in quo sunt omnes the-
 sauri sapientiæ & scientiæ dei reconditi. Quæ diuitiæ Col. 2
 non paſsim omnibus cōmunes sunt, sed illis duntaxat
 qui uere à ſpiritu sancto edocti inuocant nomen domi-
 ni. Quid dicam de Isaac filio illo promiſionis? An non
 & ipſe theſauros ſibi recōdedit in cœlo? Ita ſanè. Nū-
 quam enim non curam geſſit iuſtitiæ, nec quicquā per
 iniuſtitiam congregare studuit. Possem hic innumerā
 biles cōmemorare uiros et mulieres ueteris testamēti,

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

qui in summa rerum affluentia, summā etiam pauperatatem spiritus amplexi, quo magis diuitiae affuebant, hoc minus cor illis apponebant. Et hæc quidam ante datam legem, quidam etiam sub ipso datae iam legis tempore, & ante promulgatam Euangelij gratiam, faciebant. Porro nos quam putabimus inuenientius excusationem, quibus hæc omnia cognita, quibus uere illuxit indubitate illa & iam olim promissa ueritas? Consideremus potius omnem illam à cunabulis contantem nos miseriam: imò cupiditatem nostram reprimat indigentia illa prima, cum omni prorsus & pedum, & manuum, & reliquorum membrorum auxilio destitueremur, ipsa, tanquam nutrix, humus nuditatem nostram miserata, exceperit. Quæ superbia, quam non illa primæ nativitatis miseria deprimeret? Nihil intulimus in mundum, ait Apostolus. Inspiciamus naturæ nostræ paupertatem. Cogitemus quidnam simus, quid mox futuri. Fallacias diuitiarum recenseamus: ministrabunt hæc omnia, ut opinor, hu[m]ilitatis materiam. Quid suspicimus ingentes regum thesauros? quid repositos in annos plures prouentus quaerimus? quid auri talenta innumera recondimus? quid lucris per singulos inhiamus dies? An quia efferre hæc omnia nobiscum credimus? Sed obstat, ne id credamus, spiritus sanctus per Apostolum dicens: Nihil intulimus in mundum, uidelicet nec efferre quicquam possumus.

possumus. Hæc si ex animo auditis, & uera esse creditis: quæ dementia uestra, illos iam toties redargutos à nobis, rursus frequentare dolos? Adhuc fraudes inter uos conspiciuntur, adhuc iniusti contractus exercentur: quibus rebus in hac ipsa ciuitate uestra, omne studium impendunt quidam, non tam ut iuste, quām iniuste etiam circumueniant fratrem in negocio. Dicite, quæso, mihi, ubi phas: ubi ius? si quomodo cunque, & quando cunque, ac qualia cunque, auidius quām Christianam frugalitatem decet, sectamini lucra? Mementote quæso quod dominus dixit: Non potestis deo seruire et Matt. 6
 mammonæ. In memoriam reuocate, quod alibi deter-
 rendo nos à nimia diuinarum cupiditate, dixerit: Faci Marc. 10
 lius, inquiens, est camelum per foramen acus ingredi,
 quām diuitem in regnum dei ingredi. Et sapiens quidam
 dixit: Qui aurum diligit, nō iustificabitur. At nos qui Ecclesi. 31
 Christo nomē dedimus, ut per fidē iustificatos nos esse
 senserimus, ita omnē illam rerū præsentī curā in deo
 proiecimus, scientes, ut Petrus apost. dixit, quoniā ipse
 cura est de nobis. Hæc qui fidei oculis intuentur, facile
 contemnent illa omnia, quæ una hora, & breui tempo
 ris puncto, eripi possunt. Magna insania fugientes &
 instabiles sequi diuitias. Magna cæcitas, illius copiam
 desiderare hodie, cuius cras contra te clam armantur
 manus. Hostis domesticus diuitiæ: hostis absconditus,
 & cuius manum non effugiet auarus. Siquidē uæ illis

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

perpetui doloris cōminatur dominus per Prophetā:

Psalm. 48 Qui, inquiens, confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum glorianter. Et in Prouerbijs

Prouer. 11 dicitur: Qui confidit in diuitijs suis, corruet: iusti autē quasi uirens foliū germinabunt. Nam qui iusti sunt, ad omnem se fortunæ flatum accōmodare norunt: prospereis non efferuntur, aduersis nō succumbunt: sciunt paupertatem ferre cum patientia: sciunt nihil secius etiā & diuitias possidere cum liberalitate. Quorū de nu-

Philip. 4 mero quidā dicebat: Ego, inquit, didici in quibus sum, ijs contentus esse: noui & humilis esse, noui & excelerē, ubiq; & in omnibus institutus sum, & saturari, & abundare, & penuriam pati: omnia possum per Christum, qui me corroborat. Nouerat utiq; ille qui hæc dixit, quām nihil in se uera felicitatis coninceret, imaginariæ illæ diuitiæ, quibus alioqui prophanū vulgus miro studio afficitur. Stulti qui rebus inanimatis confidunt, relicto uero deo, à quo, ceu immenso bonorum pelago, omnes fluunt diuitie. Quid recondere multis ò auari, qui nihil in hunc mundum intulisis? An quia creditis, cum hinc migraueritis, aurum & argentum comitaturū uos, quo magis conspicui reddamini oculis Christi? Non puto quenquā tam esse sine cerebro, qui hoc credat. Nam ut spiritus sanctus per Sopho. I phoniam prophetā loquitur: Argentiū eorum & aurum eorum nō ualebit liberare eos, in die iræ, furoris domini.

domini. Itaq; habentes alimenta, & quibus tegamur,
his contenti simus. Vt ratis potius oculos ad uolati- Matt. 6
lia cœli, quia nō serunt, neq; metunt, neq; conuehunt
in horrea, & pater noster cœlestis alit illa. Considera-
mus lilia agri quomo do crescant: non laborant, neque
nent. Attamen ut Christus dixit, ne Salomon quidem,
in uniuersa gloria sua, sic amictus fuit, ut unū ex his.
Quin potius quæramus primū regnum dei & iustitiā
eius, & h.e omnia, ueluti parua & minuta, adiicien-
tur nobis. Non quenquā destituet deus, nisi quem fidei
bono destitutum uiderit. Non enim uidi, inquit Pro- Psalm. 36
pheta, iustum derelictū, nec semen eius quærens panē.
Imò inquirentes dominum nō minuentur omni bono.
Pauper non est, qui habet deum patrem. At quisquis
deum non habuerit, etiam si Crœsus spiret, & My-
das, nihil est illi miserum magis, id quod consequenter
ex Apostoli uerbis animaduertere licet, ubi sic ait:

Cæterum qui uolunt ditescere, inci-
dunt in temptationem & laqueum, & cu-
piditates multas, stultas, ac noxias, quæ
demergunt homines in exitium & inte-
ritum. Siquidem radix omnium malorū
est studium pecuniae: quam quidā dum
appetunt, aberrauerunt à fide, & seipso
implicuerunt doloribus multis.

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Non dixit simpliciter, qui diuites sunt, incidunt
in temptationem & laqueum: sed qui uolunt ditescere.

Vtique non ipsas diuitias damnans, ut quæ res quæ
dam sunt media, sed affectum, amorem, cupiditas
tem, & sollicitudinem nimiam habendi: iuxta quod

Psalm. 61 Propheta etiam dicit: Diuitiæ si affluant, nolite cor
Matt. 6 apponere. Nam ut dictum est à Christo: Nemo po-

test duobus dominis seruire. Non potestis deo serui-
re & mammonæ. Quid prodest opibus pollere, si

Ibid. 16 homini, ait Christus, si lucretur uniuersum mun-
dum, animæ uero suæ detrimentum patiatur? Ter-

reat saltem nos, quod hic ait Apostolus, auaris tan-
quam in pœnam & ultionem à deo comites datos,

temptationis laqueum, & innumerabiles cupiditates
stultas ac noxias, quæ usque in exitium, & interio-

tum comitentur auari animum. Pœna nanque au-
aritiæ est, nunquam satiari, semper egere, semper rea-

natis subinde nouis cruciari curis. Cæterum auaritia
tantum ab omni honestate abest, ut eam malorum

omnium radicem uocari Apostolus uoluerit. Hinc
michi persuadcam par est, non esse ullam alioqui inter

uarias illas peccatorum species, quæ cum isthac au-
aritiæ malo conserri queat. Hæc enim una est quæ uni-

uersa simul in se complectitur uitia. Quantum que-
so in illa conspicitur perfidiæ: quantum fraudis: quan-

tus, ut

eus, ut numos corraderet posset, dolus? quanta sollicitudo et cura? Hic rapina pupillorum, et uiduarum: hic labores et sudores pauperum: hic in ipsa summa rerum abundantia, misera et calamitosa miseria: hic in miseris, anxie et infelices diuitiae: hic absoluta, et presentis, et futurae uitae infelicitas: hic omnis iniquitatis et flagitorum sententia. Haec est illa erinnys teterrima, quae bella excitat, quae furtarum det, et latrocinia committit, quae adulteria consecrat, quae phas, quae ius violat: In summa, que nihil recti designat unquam. Quae mala omnia, cum neminem uestrum latere possint, (ita enim esse auaritiae malum, experientia nos docet) operam dabit, ne unquam tam late patenti malo animum adiiciatis. Quod ut compendio facere uelitis et possitis, tum poenam omnibus nobis hodie denuncio et ueniam. Poenam, nisi mature a propinquuo imminentem capitibus nostris iram dei placauerimus. Veniam, si clamantis et uocantis ad se nos dei nostri admonitiones, in intimos usque animi nostri recessus admiserimus. Tunc enim iure poenam deprecamur, cum admis-
 forum orationibus et lachrymis purgationem fecerimus. Decet enim ut qui cōtemnendo mandata dei praeuaricati sumus, rursum nobis illius amicitiam poenitendo cōciliemus. Proinde bene feceritis, uos qui auaritiae studiastis hactenus, ut quos auaritia uestra spoliastis,

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

nunc uiciissim liberalitate uestra reficiatis. Nunc quæso documenta fidei uestræ præbete: nunc pauperes magno numero conspiciuntur: nunc fame, prob dolor, extingui quosdam audimus: quosdā sine te cōto misere degere: quosdam nudos ambulare, & uictum quærere, clamare lamentabiliter, nec esse inter opulentos illos quenquā qui ad clamores illorum cōmoueatur. Quade re, ut semel libere dicam, quod sentio, ipse quoties audio miserabiles illos, & semper magis subinde in altum ascendentis clamores pauperū, toties contremisco, toties horrescit animus, consurgunt comæ: uide orq; mihi non tam hoīem, miseriam suam conquerentem, audire, quam Christum ipsum, in homine miseratio, dona sua repetere. Videor mihi audire inhortantē

Matt. 5 nos ad misericordiā Christum, & dicentē: Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā consequentur. Rur-

Prover. 21 sus etiam illud Sapientis: Qui obdurat aures suas ad preces pauperū, & ipse clamabit, et non exaudietur.

Et illud nihil minus etiam deterret me, quod in epistola Iacobi scriptum est: Iudicium absq; misericordia erit ei, qui non præstiterit misericordiam. Nam sicut

Hiob. 6 Hiob dicebat: Qui tollit ab amico misericordiā, timorem domini derelinquit. Proinde recte iam intelligitis,

quam non sit tutum negligere pauperes: imò si sapiimus, nunc tempus est, ut iuxta Prophetæ uaticinium,

Esaïe. 58 frangamus esurienti panem, & egenos uagosq; induamus

camus sub tectum: & uidentes nudos, operiamur eos:
 & ne carnem nostram despiciui habeamus. Nunc ad
 nos diuertit Christus, excipiamus illum cum Zacheo Luc. 19
 gaudentes: excipiamus illum in pauperibus, esuriens
 tem, fitientem, hospitem, infirmū, & catenas ferentē,
 ut & nos audire tandem digni inueniamur, dicentem
 electis suis: Venite benedicti patris mei, possidete pa- Matt. 25
 ratū uobis regnum à cōstitutione mundi: Esuriui enim
 & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bi-
 bere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operu-
 istis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere eram, &
 uenistis ad me: Amen dico uobis, quod fecistis uni de
 his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Sic omnis, qui
 pronus est ad misericordiam, benedicetur à domino
 deo patre & filio & spiritu sancto, cui est honor &
 gloria in secula. AMEN.

DISTRIBVTIO XIX

AB auaricie uitio omnium teterrimo auocare
 nos uolens Apostolus, primo incōmoda illius
 enumerauit, & tanquā in tabula depinxit: deinde ta-
 cite quidem ad mutuae charitatis officia inhortari coe-
 pit, docens interim, nihil scelitus, quam amare pecu-
 niam. Contrà, nihil Christiano nomine dignius, quam
 contemptis illis auri & argenti thesauris, ueris uacare
 diuitijs. Vocat autem ueras diuitias, iustitiam, pietatē,

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem : quas qui habuerit, ut uere diues dici potest: ita qui eis caruerit, summae de se misericordia documeta praebet. Certum enim misericordiae signum, ea recondere, unde neque illi qui recondit, neque alijs fructum expectare liceat. Imo quid prodest, ait Christus, homini, si lucretur uniuersum mundum, animae uero suae detrimentum faciat? Igitur facite uobis amicos, de mammona iniquitatis. Mementote quod scriptum est: Qui parcet seminat, parcet et metet.

Psalm. III 2

Nonne de iusto quoque dicitur: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi? Dixit quidam:

Regnum coelorum tantum ualeat, quantum habes. Habeas

Matt. 4 runt Petrus et Andreas nauem et rete, et relictis il-

lis, sequuntur sunt regna coelorum promittenie. Zacheus

Luc. 19 dimidio honorum suorum in pauperes erogato, filius,

Mar. 12 factus ad Abraham promissionis, factus est. Vidua, mi-

nuta duo in gazophylacium mittens, magis omnibus,

qui miserant in gazophylacium, commendatur. Non enim

donorum precia, sed affectus sinceritas apud de-

um estimantur. Proinde nemo est in eam fortunae tes-

nuitatem detrusus, qui non queat, si uelit, illud summae

felicitatis regnum comparare. Non refert quantum sit,

quod erogatur, modò nesciat sinistra, quid faciat dexte-

ra. Affectus commendat precium, non quantitas. Af-

fектus facit ut donum, quod per se alioqui exiguum est,

precio suo omnes illas mundi huius dimitias in oculis

dei

dei superet. Super qua re Christi quoque sententiam audire libet: Quicunq;, inquit, ad bibendum dederit Matt. 10 uni ex pusillis his poculum aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perditurus est mercedem suam. Nos porrò ut in officijs, quod aiunt, misericordiæ indicis magis magisq; alacriores inueniamur, hisce uirtutibus, ad quas Timotheū suum inhoretatur Apostolus, prædicti simus oportet. Itaq; dicit:

Tu uero homo dei, ista fuge: sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem: certa bonum certamen fidei, apprehende uitam æternam, ad quam & uocatus es, & professus es bonam professionem coram multis testibus.

Nemo poterit auaritiæ malū tutò uincere, nisi hisce studuerit uirtutibus quæ cum auaritia ex diametro, ut aiunt, pugnat. Cū aut Christianæ doctrinæ et summa & caput sit amor dei et proximi, Apostolus maxime ad hoc inhortari, imò impellere quasi uoluit discipulis animū. Vnde sex per ordinē recenset, quibus studere debent nō uni duntaxat episcopi, sed & prorsus universi, qui nomine censemur Christiano. Quorum tria, quæ primo loco ponuntur, deo nos commendant, quod uerus ille & germanus dei cultus sine his

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

constare non possit. Reliqua, quia omnia charitatis of-
ficia in sece concludunt, proximū respicere uidentur.

Iustitia Itaq; iustitiam hic uocat, qua quis aduersus omnem il-
lam uitiorum uim & concupiscentiam, iniunctus perdu-

Prouer. 12 rat: ut iuxta Sapientis prouerbiū: Non contristet iu-
stum, quicquid ei acciderit. Sicut alibi idem Apostolus

Ephe. 6 noster, thoracem iustitiae assumere nos monet, ut scili-
cet ab omnibus uitiosi tuti, immunesq; seruemur. Nam
auarus ut immunis à peccato non est, ita tutus ab ira
dei non est. Et quo magis per auaritiam à iustitia re-
cesserit, hoc plus tristitia habet. Cuius rei euīdēs docu-
mentum nobis dedit adolescentis ille ad quem dixit Ies-

Matt. 19 sus: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quae ha-
bes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in coe-
lo, & ueni sequere me. Quod uerbū, cum audisset ado-
lescens, abiit tristis: erat enim habens possessiones mul-
tas. Et nos etiamnū hodie uideamus, equidē non unum
adolescentem, sed innumerabiles penē decrepitos iam
senes, silicernios, & annorum iam canos, qui omnes
non quod melius est, sed quod rationi ipsi utilius uide-
bitur, eligunt. Ideoq; et tam pauci sunt, qui lātum hoc
Euangelicæ gratiæ nuncium cum gaudio audiunt.
Omnes illi temptationis tempore, relicto Christo, abeūt
tristes. Assueti enim diuitiis, quomodo paupertatem
amarent? Qui mollibus uestibus amiciuntur, & in do-
mibus regum sunt, quomodo nudum illum, & omnem

rerum

rerum mundi huius contemptorē Christum sequerentur? Proinde alieni sunt hi à iustitia, ad quam nos hic Apostolus inuitat. Vocat autem iustitiam, habitum illum, quo qui prædictus est, semper quæ iusta sunt, etiā si nullam præ se ferre uideantur utilitatem, eligit.

Posuit deinde pietatem: quæ quid est aliud, quam Pietas affectio quædam, qua in amorem pariter & uenerationem unius ueri & summi dei fidelium rapiuntur mentes? Vnde & pios homines dicimus, qui recte callent diuini cultus scientiam: qui recte norunt quatenus diligendus à nobis deus: hoc est, qui neruos omnes in dilectione dei intendunt, qui ad nullum unquam temptationis impetum à rectitudine fidei deflectunt, scientes dominum pios è temptatione eripere & posse & uelle. Et 2. Pet. 2. hæc est illa pietas, quæ ad omnia utilis est: de qua nō nihil diximus suprà capite quarto.

Tertio loco fidem posuit: qua qui prædicti fuerint, Fides quia à misericordia diuinæ promissionis pendent, nulla unquam rerum mundi huius cura tanguntur: sed si cut scriptum est: Mores sunt illis alieni ab auaritia, Hebr. 13 contenti his quæ adsunt. Nanq; inquirentes dominum Psalm. 33. non minuentur omni bono. Et iterum: Nouit dominus 36 dies immaculatorū, & hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur. Itaq; fides sensum mihi misericordiae dei significare uidetur, qua indubitatam quandam

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

expectationem concipimus, eorum quæ promisit deus: hoc est, qua certi reddimur, nunquā diuinum nobis Hebr.ii præsidium abfuturum. Sime qua fide, impossibile est placere deo.

Charitas Nunc de his, quæ secundo loco posita sunt, et proximum respicere uidentur, dicemus. Et primo quidem erga proximum charitatis officia sequi iubet discipulū. Nam et Christus nō alio symbolo cognosci suos

Ioan.13 uoluit, quam obsequijs mutuae charitatis, dices: In hoc cognoscēt omnes, quod discipuli mei sūti, si charitatē habueritis inter uos mutuam. Longior fuero, si omnia quæ de charitate dici queant, adducere pergam. Vnde

de qui paucis encomiū illius audire gestit, is caput 13. prioris ad Corinthios epistolæ, petat. Item caput 13. epistolæ ad Romanos: uidebit proculdubio quam non sit res fucata, aut otiosum quippiam Christiana charitas: uidebit quam late pomœria bonitatis suæ extēdat. Vnde et charitas à quibusdam sic describitur, ut sit integra animi declaratio. Cuius uirtus non in uerbo aut lingua, sed in opere et ueritate consistit, ut in

1.Ioan.3 epistola Ioannis apostoli prima, scriptum est. Nunc si

Ibid. 4 quippiam inter nos dicat: Diligo deum, et fratrem suū oderit, mendax est. Qui enim nō diligit fratrem suum quem uidit, deum quē non uidit, quomodo potest diligere? Et hoc præceptum habemus ab eo, ut qui diligit deum, diligat et fratrem suum. Est enim charitas in

proximis

proximū, quasi speculum quoddam, amorem dei res
 præsentans. Nemo primum hoc & maximum in lege
 mandatum seruauerit, ut ex totis viribus diligat deū,
 nisi seruet & alterum quod illi est simile, nempe, Dili-
 ges proximū sicut teipsum. Non est cur hic effugium
 quærēs, dicas: Hic malus est, nihil ad me illius inopia.
 Ingratus est, indignus cui benefaciam. Læsit famā, no-
 cuit aliquando, profuit nunquam. Vnde queso illa in
 Christiano nata est non Christiana querela? Si mem-
 brum es capitis Christi, cur miseriam membra tui non
 agnoscis? Cur carnem tuam fastidis? Etenim dominus
 apud Esaiam proximi nostri non secus ac carnis no-
 strae curam habere uoluit, dicens: Frange esurienti pa- Esaiæ. 58
 nem tuum, & egenos, uagosqz, induc in domū tuam.
 Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne
 despixeris. Sed multo significantius dixit Apostolus:
 Multi, inquiens, unum corpus sumus in Christo, singu- Rom. 12
 li autem, alter alterius membra. Cur membrum ino-
 pia laborans, subleuare negligis, pro quo uitam im-
 pendit caput, puta Christus? Cogita potius membrum
 corporis tui perire, si tua culpa pereat proximus. Te
 seruasti, ubi proximus auxilio tuo seruatur. Si mem-
 brum es capitis Christi, cur aduersus caput insurgis
 membrum? Capitis sententia est: Diligite inimicos ue- Matt. 5
 stros: bene precezmini deuouentibus uos: bene facite
 his, qui uos odio prosequuntur: orate pro his, qui læs-

Cap. VI . ANNOT. IN EPIST. PAVLI

dunt & insectantur uos, ut sitis filij patris uestri, qui
Rom. 12 est in celis. Quod considerans Apostolus, dicebat: Si
esurierit inimicus tuus, pasce illum: si sitit, da illi po-
tum. Hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis
in caput illius.

Porrò sicut in humano corpore membra eminen-
tiora, imbecillioribus ad sunt, & imbecilliora eminen-
tioribus non inuident, sed utring; & hæc & illa mu-
tuas operas in cōmune corporis bonum conferunt: ita
in ecclesia quod membrū membro impendit, simul in
uniuersum corpus redundat. Qua de re rursum Apo-
Cor. 12 stoli uerba recensebimus. Quemadmodū, inquit, cor-
pus unum est, & membra habet multa, omnia uero
membra corporis unius, multa cum sint, unum sunt
corpus: sic & Christus. Etenim per unum spiritum,
nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iu-
dæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & omnes unum
spiritum hausimus. Etenim corpus non est unū mem-
brum, sed multa. Si dicat pes, non sum manus, nō sum
de corpore, num idcirco non est de corpore? Et si dis-
cat auris, non sum oculus, non sum de corpore, num
ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi
auditus? Si totū auditus, ubi olfactus? Nūc aut̄ deus po-
suit membra, unūquodq; singulatim in corpore, quē-
admodū uoluit. Quod si essent omnia unū membrū,
ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unū
uero

uero corpus. At non potest oculus dicere manui, non est mihi opus te; aut rursum caput pedibus, non est mihi opus uobis: immo multo potius, que uidentur membra corporis imbecilliora esse, necessaria sunt: & que putamus minus honesta esse corporis, his honorē maiorem apponimus: & indecora nostri, copiosiorem decorum habent. Ceterum que decora sunt nostri, non indigent: sed deus simul temperauit corpus: ei cui debeat, copiosiorem addens honorē, ne sit dissidiū in corpore, sed inuicem alia pro alijs eandem sollicitudinem gerant membra. Et siue patitur unum membrū, simul patiuntur omnia membra: siue glorificatur unū membrum, simul gaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte. Hæc paulò copiosius de charitate diximus, si forte animos corū qui auaritiæ malo iampridem ad omnia charitatis officia obriguerunt, rursus igne fraternæ dilectionis inflamare queam. Nam quisquis ita charitate refrigeruit, ut animum eius iam nulla magis incomoda proximi tangant, hic proculdubio neque patienter feret aduersari, neque pro Christo animam suam positurus est unquam.

Quia uero omnes, qui pie uolunt uiuere in Christo, persequitio primum excipiet: ut fortiter ferret aduersa discipulus, patientiæ illum cōmonefacit. Porro ubi nulla incumbit aduersitas, nulla patet patientia. Nam patientia est constans quædā animi in aduersis

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Hebr. 12 tolerantia. Sic autor epistolæ ad Hebr. iubet nos cura
rere per tolerantiam in proposito nobis certamine, res
spicientes ad fidei ducem & consummatorē Iesum, qui
pro proposito sibi gaudio pertulit crucē, ignominia
contempta, & ad dexterā throni dei consedit. Et alibi

Gal. 5 Apostolus noster, patientiam inter fructus spiritus recen-
suit. Et rursus cum multa & præcipua ministrorū dei
signa ex ordine recensere uellet, à tolerantia malorū

2. Cor. 6 initia orationis suæ habuit, dicens: Ne quam usquā de-
mus offensionē, ne reprehendatur ministerium: sed in
omnibus cōmendemus nosipos, ut dei ministri, in tol-
erantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in an-
xietatibus, in plagis, &c. Et Christus apostolis suis di-

Luc. 21 cebat, quod in persecutionibus, nō nisi per patientia
am, seruaturi essent animas suas. Neq; enim aliter sea-
Ibid. 8 men uerbi sancti, q̄ per patientiam, fructū ferre poterit.

Porro quisquis excitatas contra se persecutionū
procellas cōstanti tolerantia superauerit, is dubio pro-
cul etiā proximi imbecillitatē, immobili qua prædictus
est mansuetudine, ferre nō grauabitur. Est enim man-
suetudo

certa animi constitutio, aduersus irā impetu:
qua fit, ut qui robusti sunt, animo moderato infirmorū

Gal. 6 ferant errata: iuxta quod ad Gala. scripsit Apost. Fra-
tres, inquit, etiam si occupatus fuerit homo in aliquo
delicto, uos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi
spiritu mansuetudinis, cōsiderans temetipsum, ne & tu
tenteris.

tenteris. Inuicē alij aliorū onera portate, & sic cōple
te legē Christi. Quin ipsemet Apost. nō raro usus est
hac animi lenitate, magis q̄ dominādi potestate: quod
tamen nō minus pro autoritate delegati sibi officijs fa
cere potuisset, nisi illud cōducere magis ad propagat
tionē Christianæ religionis iudicasset. Ne enim abuti
uideretur potestate sua in Euang. dicebat: Etenim cū 1. Cor. 9
liber sim ab omnibus, omnib. meipsum seruū feci, quo
plures lucrificā. In summa, factus est infirmis quasi in
firmus. Omnib. factus est omnia, ut ex omnib. aliquos
seruaret. Non statim perdēdus est, qui errat, sed admo
nendus, sed docendus. Sic Christus non statim perdidit
aut auersatus est peccatores, sed māsuete ad penitenta
tiam illos inuitans, de regno cōlorū primū docuit, dea
inde ut se sequerentur sublata in humeris cruce, iussit.
Hoc certamen esto episcoporū, hoc studiū. Ad huius
magistri præscripta nō tam doctrinā, q̄ uitā suā omnē
cōponant. Hunc referāt uerbo, hūc exprimant uita.
Quod nunq̄ rectius fecerint, q̄ si cōtempto diuinitariū
amore, fidei certamen ingressi fuerint. Audeo dicere,
nullā perseguitionē, nullā h̄eresim tantū obscurasse
episcoporū gloriā, quantū diuiniæ illæ, magnis regib
pares, obscurarūt: quia enim regnis mūdi gubernādis
præficiūtur hodie episcopi, facile illis in cōtempū abit
regnū Christi. Et quia gladium carnis gerunt, quo uel
potentissimis regibus formidabiles sunt, facile uilescis.

Cap. vi ANNOT. IN EPIST. PAVLI

illis gladius spiritus, qui est uerbum dei, quo freti olim
et muniti episcopi sancti, patentissima simul et florē-
tissima regna in unitatem fidei pertraxerunt. Porro
quemadmodum qui auaritiae certamen suscipiunt, illis
longe utilissimum propositū est stupendiū, nempe mors
æterna: ita qui fidei uirtutibus se dedunt, preciosissimū
sibi propositum habent præmiū, nempe uitam ætera-
nam. In ore omnium est, nimirū celebris illa Platonis
sententia, qua florere dixit ciuitates, si aut philosophi
imperarent, aut imperatores philosopharentur. At
ego rectius ualere crediderim rem publicam ecclesiae
Christi, si illi duntaxat præficiantur, qui quod docent
rectum, sentiunt, et quod sentiunt, uiuunt: qui nō que-
runt quae sua sunt, sed quae Iesu Christi, sed quae fra-
trum. Hodie pāsum est uidere pauperes, (uera templa
spiritus sancti) inedia et nuditate ringi, cum interim
inanima illa et hominum manibus extructa templa
auro et gemmis resplendeant: quo facto impense equi-
dem gaudent episcopi nostri. Qui utinam uel paucos
ex tanta consiliariorum suorum turba inueniant, qui
libere illorum auribus obstrepare ausint illud Persij:

Sat�. 2 Dicite pontifices in templo quid facit aurum?
Sed missa sint hęc. Nunc ad certamen fidei, unde pa-
rum per digressi, oratio nostra dirigatur. Non est bo-
num certamen, ubi auaritiae cedit animus: ubi in con-
flictu honestorum, in honestorūq; honesta cedunt in-
honesti:

honestis: ubi uitia uirtutes superant. At qui uere bonū
 certamen est, ubi fidei præsidio pugna contra hostes suū
 scipitur: nam per fidem hic filij dei sumus, ac etiam suū
 turi sumus filij dei. Deus enim destinata uoluntate Iacob.^x
 progenuit nos sermone ueritatis. At uero quicquid ex 1. Pet.^x
 deo natum est, uincit mundum; & hæc est uictoria quæ 1. Ioan.^x
 uincit mundum, fides nostra. Quis est qui uincit mun-
 dum, nisi qui credit quod Iesus est filius dei? Sensit hæc
 in se admirabilem diuinæ potentiae uirtutem Paulus
 cum diceret: Omnia possum in eo qui me corroborat. Ephe. 4.
 Et sicut hic, quod negari non potest, aduersus omnes ho-
 stium incursus semper uigilantissemus, ita ut nullæ unq
 se latuerint hostiles quantumuis blandientes insidiæ.
 Nihil unquam indignum officio suo admisit, sed sem-
 per conflatum iam aduersus pignora Christi bellum
 aut scite & sapienter administravit, & compescuit,
 aut certe sapienter effecit ne quid dispendij sentiret fi-
 des in Christum. Hæc omnia enim Paulus ille noster
 haud segniter præstítit. Proinde si monere, persuade-
 re, animare, ducere, incitare aliquando hunc nostrum
 audies, nimirū intelliges, quām penitus nihil illi defit
 pulcherrimarum uirtutum. Prudenter disponit acies,
 sanctissime admonet, persuadet fortiter, animat felicio-
 ter, dicit diligenter, incitatq; efficaciter. In his omni-
 bus felicissime excellit. Quid ni etiam dux magnus sis
 erit oportet, qui tam confidenter de se dicere nō erit

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

2.Tim.4 buit: Certamē, inquit, bonū decertauī, cursum cōsummaui, fidē scrūauī: quod superest reposita est mīhi iustitiae corona, quā reddet mīhi dominus in illo die, qui ēst iustus index. Atq; ad hunc modum certare conuenit Christianos, qui animi primū cupiditates, avaritiā, ira cundiā, elationē, libidinē, magis q̄ uisibiles hostes vim Ephe.6 cere gaudent. Sic alibi admonet Apost. Quod superest, inquit, fratres mei, sitis fortes per dominum, perq; potentia roboris illius: induite totam armaturā dei, ut possitis stare aduersus assultus diaboli. Ad hāc militiā uocatū dicit Timotheū, nimirū præmiū hinc reportaturus, uitā æternā. Recepérat aut̄ et Timotheus se pro uirili sua suscep̄ti munera magnitudini, honesto hoc fidei sanctae certamine, responsurū, idq; coram multis testibus. Cuius rei magnitudo huc tendere uidetur, ut cef̄suri sint omnes simul episcopi labores, in unius Christi, qui ēst pastor & episcopus animarū nostrarū, gloriā, & in ecclesiā quæ illius monitis auscultat, salutē. Etenim qui uere episcopus est, nihil unq; antiquius dicit gloria Christi, cui etiam semper ecclesiā in fide, et pietate auctiorē, uegetioremq; reddere cupit: qui ēst uerū deus benedictus in secula. A M E N.

DISTRIBVTIO XX

Maximo iampridem religionis nostræ damno pontificum opes creuisse maiores nostri senserunt. Quo enim plus semper diuītiarū episcopis accessit, hoc facti sunt insolētores, adeò ut iam penè nulla

sit illis ueræ cura pietatis: deniq; uix aliquid bona spei
 adhuc superest, quo resipiscētis locus esse queat, adeò
 deprauata apud illos sunt omnia, adeò desperata. Nā
 ut nō dicam interim, q̄ sunt quidā in his artiū bonariis
 ignari, ingenio prorsus ab omnib. cultioribus discipli-
 nis abhorre, & ad nullū honestarū rerū usum ido-
 nei, et in obēdis ecclesiæ rebus stupidi: q̄ inopes uira-
 tutū, q̄ sese indies magis magisq; ipso impurissimo ui-
 tiorū iugo subjiciāt, ut iā inter ipsos episcopos, quāra-
 mus episcopos. Ut h̄ec, inquā, sileā, quis inexplicabile
 auaritiae illorū sitim pro dignitate descripserit: q̄s stu-
 pra omnia & adulteria enumeraret: quis expilationes
 pauperū: quis oppressiones uiduarū et pupillorū: quis
 exilia & cædes, quibus ad immanitatē usq; in suos de-
 bacchati sunt quidā: quis aut sequitā in uicinos, aut per
 fidiā in exterios satis exprimeret? Adde his odiū plusq;
 Vatinianū in reges, in proceres, quos ipsi cōceptim uo-
 cāt seculares. Neq; illud porrò satis est, sed et Ro. Cæ-
 sarē contēptui habēt, cuius sacrosanctā maiestate non
 antē ratā faciūt, q̄ calculus suffragiorū suorū acceſſe
 rit. Sed iā satis cōmūnē ecclesiæ sorte lamētati sumus.
 Superest, ut quid præterea à Timotheo suo requirat
 Apost. audiamus. Præcipio tibi, inquit, in
 conspectu dei, qui uiuificat omnia, et Ie-
 su Christi, qui testatā fecit sub Poncio Pi-
 lato bona p̄fessionē, ut serues preceptū,
 immaculatus, irreprehēsibilis, usq; ad ap-

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI
partitionem domini nostri Iesu Christi:
quam temporibus suis ostensurus est il-
le beatus & solus princeps, rex regnan-
tium, & dominus dominantium: qui so-
lus habet immortalitatem, lucem habi-
tans inaccessam, quem uidit nemo homi-
num, neq; uidere potest: cui honor &
imperium sempiternum, Amen.

Haud satis est, si in oculis duntaxat mundi uideatur
diuitias (temporarias illas) contemnere episcopus, nisi
si etiam iudicio dei talis inueniatur, qualem se spectan-
dum præbet hominibus. Etenim non raro et hypocri-
tae contemptorem rerum omnium præse ferunt animū.
Et philosophos olim non infreuentur diuitias spreu-
se legimus: quorum de numero Stilponem quendā fu-
isse memoriae proditū est. Nam cum illum rogaret De-
metrius, num quid rerum suarū dispensij, in direptione
urbis Megarenſiū, passus esset: negauit ille quicq;
ablatum ſibi. Nam, inquit, omnia mea mecum porto.
Dignissima reuera uox laude, si ut eſt magnifice, ita
non præter fidem Christi eſſet prolata. Sed quia ia-
ctantiae ſpiritu profecta, cum hypocritis remunera-
tionem accepit, nempe humanæ, & mox peritiae lau-
dis auram: quemadmodū de hisce ſiue honorū ſiue diui-
Matt. 6 tiarum contemptoribus dixit Christus: Amen dico uo-
bis, receperunt mercedem ſuam. Quanto hac in re ſe-
licioꝝ

licior Apostolus, qui unica fidei uirtute in deum respi-
 ciens, illumq; super omnia suspicens, dicebat: Nihil
 habentes, & omnia possidentes? Neq; enim pauper est
 qui deum habet, in cuius manu sunt omnia. An non il-
 lius est terra, & plenitudo eius? Quando nō adest ille 2. Cor. 6
 nobis? Incessanter munificentia suam nobis declarat,
 & dum concipimur, & dum nascimur, & dum rena-
 scimur. Vbiq; & undequaq; parentis curam impen-
 dit: pascit, fouet, regit, conseruat. Quod considerans
 regius ille psaltes confidenter dicebat: Dominus pa- Psal. 23
 scit me, nihil mihi deerit, in uberrimis pascuis colloca-
 uit me. Quin una & Christi & publice electorum uni-
 uerorum, & priuatim singulorū uox est, confitentii
 & prædicantium summā illam & uere paternam soli
 citudinem, qua nunq; illos destituit deus. (Quia enim
 Christus caput est electorum, electi autem corpus sunt
 Christi, iure meritiſimo unam esse & capitis & cor-
 poris uocem confitemur. Quonia tu es, inquit, uniuers Ibid. 21
 sum corpus electorū, qui extraxisti me de uentre, spes
 mea ab uberibus matris meae, in te proiectus sum ex
 utero. De uentre matris meae, deus meus es tu, ne dis-
 cesseris a me. Ecce quanta securitas Christiani. Deum
 habet non tam conditorem, quam parentem, omnipo-
 tentem, ueracem, misericordem. Non est cur diffiden-
 tie malum admittamus. Evidem quia omnipotens
 est, quod promisit præstare potest: quia uerax est, in d

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

quia ueritas est, seipsum negare non potest. Nunc etiā
quia bonus est, timendū nō est, ut opem clamātibus ad
se latus sit, aut alioqui misereri nolit. Quinimo
fieri nequit unquā, ut nō respiciat in orationē humili

Psalm. 101 antiū animas suas, iuxta quod scriptū est: Respxit in
orationē humiliū, nec affernatus est preces eorū. Ex
tam late patēti miserētis dei bonitate, pendere Timo-
theum suū uult Apostolus: præcipiēs illi interim corā
deo, cui uni adest, uirtute propria, uita perpetuo,
et à quo uiuit quicquid tandem uiuit. Et corā Christo,
qui ab eo ad quod à patre missus uenerat, deterri nō
potuit: quin accusantibus eū Iudeis ad tribunal Pilati,
cōstanter delegatae sibi prouinciae partes, etiam uitae
propriae dispendio, tutatus est. Non est hoc hoīs man-
datum, sed dei, sed Christi: per hominem tamen ad ho-

Luc. 10 mines allatum: sicut dixit Christus: Qui uos audit, me
audit: et qui uos spēnit, me spēnit: qui autem me spē-
nit, spēnit eum qui misit me. Quod si non iuxta uerbū
Christi præceperit episcopus ecclesie, ille haud dubie
iudiciū Christi, etiam si maxime conetur, effugere ne-
quit. Nam Christus utiq; uenturus est olim iudex uiuo-
rum & mortuorū, id quod uarijs scripturæ sanctæ lo-
cis probare queam, nisi res uobis notior esset q; ut pro-
batione nostra egeatis. Quis nesciat enim in cōuentiis
bus nostris quotidie solitam fieri huius rei confessionē?
Quid est quo crebrius obstrepuī auribus uestris, q; ut
Christus

Christū nō regem dūtaxat esse crederetis, qui suos aduersus inimicos tutatur: non sacerdotē tantū, qui patri nos cōmendet: sed & iudicem ex æquo uniuersorū, ut qui omnī iuste iuxta ac iniuste factorū decernendi aca-
ceperit potestatē: In Euang. Ioannis dixisse Christū le-
gimus, à patre sibi datā potestatē iudicandi, etiā qua-
tenus filius hōis est. Adiungitq; : Nolite mirari hoc,
quia ueniet hora, in qua omnes qui in monumētis sunt,
audient uocē eius: & prodibūt, qui bona fecerūt, in re-
surrectionē uitæ: qui uero mala egerūt, in resurrectio-
nē cōdemnationis. Fuit primus Christi aduētus, pro-
pter formas paupertatis, & ignominia crucis, quibus
tegebatur interim gloria regni dei, iudicio rationis hu-
mane uilis: ideoq; ex illa omnī lōge fœcūdissima Iu-
deorum gente, tam reperti sunt pauci, qui animo uere
candido amicitiā illius ambirent. At nō pauci illum cū
omni doctrina sua, nō secus ac nihilī hōiem, imò ut ar-
reptitiū cōtemnebant. Porrò ille alter et qui adhuc ex-
pectatur aduētus Christi, ut erit gloriosus, ita cōtemni
ab inimicis nō potest. Nō enim hic iudicabitur ipse: id
quod primo in carnē aduentu illi fecerūt inimici: sed iu-
dicaturus aderit, in æquitate utiq; omnes iustos defen-
dēs ac uita æterna donās: reprobos uiciſſim cruciādos
tradēs perpetui incēdij flāmis. Gaudebūt se iusti à cor-
pore peccati ereptos, et corpore glorificato circūda-
tos, ad īmortalitatis gloriā cōmigraturos. Stridebūt

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

dentibus suis peccatores, ut iustum & inexorabilem
affixerint iudicem: cuius uenerandi uultus maiestate
ut ferre patienter non possunt, ita censuram illius effu-
gere non possunt. Aderit autē hic dies tempore p̄r̄a-
definito à deo: qui est beatus, & solus princeps, rex re-
gnantium, & dominus dominantiū: qui solus habet im-
mortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem uidit
nemo hominum, neq; uidere potest. Cum tantam audis-
dei patris esse gloriā, ut solus propriam & nō aliun-
de acceptam habeat beatitudinem, atq; principatum,
ne putas propterea à tam immensa beatitudine exclu-
sum iri filium. Nam licet omnia à patre acceperit fili-
us, tamen ita accepit, ut etiam propria filij dici queat.
Etenim quatenus unus cum patre deus est filius, &
ipse immortalis est, habitatq; & ipse lucem humanis
sensibus inaccessibilem. Quae omnia quatenus intelli-
gi debeant, uno, ex tam multis, saltem Christi de se te-
stimonio manifestum faciemus.

Ioan. 10 Ego, inquit, & pater
unum sumus. Quod dictum nō tantum substantiæ uni-
tatem exprimit patris & filij, sed & potentia, regi-
minis, & dominationis, immortalitatis quoq; & inac-
cessi lucis æqualitatem in se concludit. Inuisibilem
autem dicit deum, quod incomprehensibilis sit creatu-
ræ deus. Vnde cum in scriptura sancta, sanctos homi-
nes uidisse deum legimus, eo modo intelligitur, quate-
nus in specie & comprehensibili aliqua forma homi-
nes ma-

nes maiestatem eius ferre poterant. Legitur in libro Genesew quod dixerit Iacob , utiq; patriarcha san- Gene. 32
 ctus: Vidi dominū facie ad faciem: cum tamen angelū domini fuisse sequentia declararent. Et Esaias dixit: Vidi Esaie. 6
 dominū sedentem super solium excelsum. quod nō ali- ter intelligimus, quām quod uiderit maiestatem dei, eo modo, quo capere potest hanc lucem humana imbecilli tas. Substantia sive natura dei, hoc minus est compre-
 hensibilis creature, quo eam magis humanae rationis caligo inuestigandam suscepit. Porrò ut aliqua sala tem ex parte luci tam sanctae cōmunicemus, proderit omnium maxime, inconstans tenebris rationis iudi cium relinquere, & ad reconditam in Christo beatitu dimis lucem per fidei uirtutem concedere: in quo, sicut scriptum est, sunt omnes thesauri sapientiae & sciencie reconditi . Et iterum: Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter . Imò qui est splendor gloriae, & expressa imago substantiae dei pa tris. Hunc quisquis fide cognouerit, huic utiq; & pa ter deus incognitus esse nō potest, sicut ipse Philippo roganti, atq; dicenti: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis: respondit : Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me? Philippe, qui uidit me, ui dit patrem. Ad hunc modum & Moses in foramine pe træ posteriora dei uidisse scribitur: hoc est, uerbum in principio apud deum, & in tempore carnem factum,

Col. 2

Hebr. 1

Ioan. 14

Exod. 33

Cap. vi ANNOT. IN EPIST. PAVLI

fidei oculis utcunq; aliqua, & ut illi expediebat, for
ma contemplatus est. Sic de Abraham ad Iudeos do
Ioan. 8 minus respondit: Abraham pater uester exultauit ut
uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Capiebat
maximam in animo suo dulcedinem, uereres illi cum
patriarchae tum prophetae, si quādo se illis quantulū
cunq; & qualicunq; gloriae sue parte communicasset
deus. Sciebant enim eam cognitionem, cui nihil desit,
nulli contingere posse mortalium, sed soli sibi ipsi &
comprehensibilem & cognitum esse deum. Itaque
cum deus in eo felicitatis culmine constitutus sit, ut ni-
hil illum latēre possit: episcopum ea animi puritate
præditum esse conuenit, ut ne porrò uel minutissi-
mum sinistræ actionis designet, quod oculos illos
omnia insipientis dei offendere queat. Nequit enim
idoneus esse, ut alios quoque doceat, qui ipse scatet hy-
pocrisi, auaritia, odio, inuidia. Quomodo militiae dei
addictum sciemus, qui uxori, liberis, parentibus, rei
familiari, amicis, & alijs id genus secularibus nego-
2. Cor. 6 cijs impensis studet? Commendemus nosipso magis
in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus,
in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in sedi-
tionibus, & alijs id genus uirtutibus, quas recenset
Apostolus capite sexto posterioris ad Corinthios epi-
stolæ. Nisi enim hisce rerum incommodis, cœu orna-
mentis quibusdam episcopalibus, animo sibi recte fa-
ctorum

Elorum conscientia, coram deo placere studeant episcopi,
 non video qui illos existimare debet, ut ministros Christi,
 & dispensatores mysteriorum dei. Pudet intempe*1. Cor. 4*
 rantiissimos quorundam mores referre. Ridere potius
 libet, tanquam pingues Epicuri de grege porcos: &
 Qui Curios simulant, & Bacchanalia uiuent.
 Non est illis hodie libidinosus quicquam, nihil auaricius,
 nihil mollitus, breuiter, nihil in omnia uitia proclivius. Diceres Croesos spirare quosdam: quosdam
 uero Philoxenum exprimere: plerosque autem &
 Sardanapalos desidia, luxu, & uoluptate referre.
 Sed de his, quia multa singulis distributionibus additae
 sunt, nihil est quod amplius addam. Superest quae
 sub finem epistole scribit Apostolus precepta, non
 tam audire quam exequi.

His, inquit, qui diuites sunt in praesenti
 seculo præcipe, ne elato sint animo, neque
 spem ponant in diuiniis incertis, sed in
 deo uiuente, qui prebet nobis omnia af-
 fatim ad fruendum, ut benefaciant, ut di-
 uites sint operibus bonis, ut faciles sint
 ad impariendum: libenter cōmunican-
 tes, recondentes sibi ipsis fundamentū
 bonum in posterum, ut apprehendant
 æternam uitam.

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

Quia fieri nequit, ut in tanto Christianorū numero non etiam imuehiantur quibus diuitiae illae temporariæ contigerunt, præcipere illis uult episcopum, ne præsidium felicitatis suæ ponant in rebus incertis, & que ne umbra ueræ felicitatis dici merentur, si aeternis illis & semper permanentibus bonis conferantur.

Quia in re diuitem illum euangelicum considerate: qui sperans in multitudine diuinarum suarum dicebat animæ suæ: Anima, habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comedde, bibe, gaudie. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt abs te: que uero parasti, cui cedent? Et subdidit Christus: Sic qui recondit sibi, nec est erga deum diues. Solet frère semper diuitias comitari tumor animi, quem deinde sequi confuevit contemptus dei. At uero contemptus dei ut exitium secum adfert, ita hominem prorsum universis simul & humanitatis & dilectionis legibus exuit: id quod opportune exemplo euangelico perspicuum faciemus. Proponitur nobis homo quidam qui

Luc. 12 erat diues, quiq; in duebatur purpura et byssō, & epulabatur quotidie splendide. &c. Hic si diligenter attendas, multa iniquitas in hoc diuite fuit. Etenim cū posset maxime, non benefecit pauperi: quo solum factō miser in oculis dei censeri potuit. Vnde & accusatur quasi diuitias suas in iniuitate possederit, non ob aliud, quam quod fraternalē misericordiā nō est misertus. Non enim

Luc. 16

enim legitur quod sanguinem fuderit innocētem, quod
 scortatus fuerit, nec se alijs id genus uitijs födarit:
 sed hoc unum tanquā damnationis iustæ suæ & caput
 & summa adducitur, quod diues fuerit, quod delicijs,
 luxurijs diffluens, nō habuerit miserationis affectū,
 ad eum qui ante ianuam suam confessus hulceribus ia-
 cebat. Huiusmodi sine humanitatis affectu homines,
 equidem amarē perstringit dominus apud Ezechielē
 sub persona Hierusalē, cuius abominationes cum lon-
 ga iam oratione, immo dura magis, & pro rei indigni-
 tate acerba expostulatione prosequutus esset, tandem
 ait: Viuo ego, dicit dominus deus, quia non fecit Sodo- Ezech. 16
 ma soror tua ipsa & filiae eius, sicut fecisti tu & filiae
 tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: sua
 perbia, saturitas panis & abundatiæ, & ocium ipsius
 & filiarum eius, & manū egeno & pauperi nō por-
 rigebat. Quæ omnia strenue emulatus est ille, quo de-
 paulò ante dixerat dominus, diues. Quin etiamnū ho-
 die reperire licet, qui unà cum Sodoma superbia et ar-
 rogantia excœcati, omnia quæ hic recenset Apostolus
 plena humanitatis præcepta, ceu frigida quedam, &
 ex ipso abiecte paupertatis armario deprompta com-
 menta, leui aliquo cachinno excipientes, minus ea dis-
 cunt, q̄ alioqui uilissimos uestimenti sui floccos. Qui-
 bus nos uiciissim seueram illam diuinæ sapientie cōmis-
 nationem obtrudentes, dicimus: Quia uocauimus & rea Prouer. 1

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

nūissis extendi manum meam, & non fuit qui afficeret. Despexistis omne consilium meum, & increpatiōnes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, & subsannabo, cum uobis id quod timebatis aduenirit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando uenerit super uos tribulatio & angustia. & cetera quae diuina sapientia aduersus contemptores suos recenset. Proinde qui diuitijs excæcati animo plus iustò effruntur, quomo do per officia charitatis, spiritus paupertatem exprimere queant, equidem scire non possum. Scriptum est

Luc. 16 autem: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Et quod hominibus excelsum est, abominandum est coram deo.

Prover. 16 Et iterum: Abominatio est domino, omnis arrogans. Est autem arrogantia comes elati animi, quam nō potest nō sequi cōtemptus & dei & proximi. Qui uero à nobis contēnitur, haud prompto animo misericordiā in illum exercemus. Sed quid dicit scriptura sancta?

Iacob. 2 Iudicium absq; misericordia erit ei, quisquis non præstiterit misericordiā. Si tantum fidei possidemus, quantum de nobis prædicant quædam longius à nobis dis̄tate nationes, cur tam immatuos, imò acres, hoc est in dignos diuinæ plantationis, ædimus fructus? Non est cur occasionem sibi deesse queratur quisquā. Nam in summa annonæ difficultate, innumerabiles undique se offerunt nobis egeni, nudi, famelici, afflicti, ualeitudina rij,

rij, in quibus omnibus ad ingentem & gloriā & prae-
mium uocat nos deus. Sed illi quo indies maiori nume-
ro prodeunt, hoc magis conandū nobis, ne quo modo
elabi sinamus pulcherrimam hanc beneficiendi occa-
sionem. In alijs fortasse rebus nonnunquā præstiterit
cunctari: at in hoc negocio omnis mora turpis, omnis
celeritas honesta. Occupate igitur hanc, quæ se uobis
ultrò offert, ô diuites, occasionem. Agite, considerate
quāta simul uobis & gloria & utilitas in hoc pulcher
rimo facinore proposita sit. Dum enim aliorum ino-
piam, diuitijs uestris, subleuatis, uobis interim ueras
diuitias in cœlo recōditis. Dum alios ab iniuria neces-
sitatis defenditis, uestros interim animos cibo consola-
tionis sanctæ reficit deus. Hoc studium uestrū, hoc cer-
tamen uestrū esto. Neq; enim (si Christiani estis) pri-
uata uel propria quisq; sua publicis, hoc est alienis in-
commodis anteferre debetis, quod, sicut scriptum est:
Charitas non querit quæ sua sunt. Atq; in hoc benefa-
ciendi genere nunq; est ociosa, nunquam non officio-
sa charitas. Studet enim semper modis omnibus sup-
petias ferre laborantibus, præsentes necessitates pro-
pulsare, imminentibus aditū præcludere. Breuiter, ne
minem à bonitate sua excludit, nimirum patrem suum
cœlestem in hoc sequens, qui solem suum oriri sinit su-
per malos ac bonos, & pluuiam mittit super iustos et
iniustos. Et hoc est perfectum illud Christianorū lœ-

1. Cor. 13

Matth. 5

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

τόγθωμα quod semper sibi constat, quod nunquam officium suum abijcit, sed seipsum semper uincens, ad ardua studium suum conuertit, copiose, citra fraudem
2. Cor. 9 aut molestia corporalia seminans, utiq; largam post-

hoc à domino recipere sperans messem. Huius bonitas tanquam exemplum uobis adducam sanctissimum

Hiob. 29 Hiob, qui citra omnem iactantiam de sese dicebat: Oculus eram cæco, & pes claudio: pater eram pauperū.

Ibid. 31 Et iterū: Si negauī, inquit, quod cupiebant pauperes, & oculos uiduae expectare passus sum. Si comedī buccellam meam solus, & non comedit ex ea pupillus. Quia ab adolescentia mea, mecum creuit compatiētia, & ab utero matris meae complexus sum eam. Foris nō mansit peregrinus, & ostium meum uiatori partuit. Huius uos exemplo, ut pauperibus, cœu membris uestris consultum sit, contendite. Non enim alio consilio magis cōciliāmūr deo, quam si iuuandis fratribus studeamus omnes. Vnius corporis membra sumus omnes. Iam si pauperes fastidimus, nōnne carnem nostram (sic enim dominus apud Esaiā uocat proximū nostrum) exosam habemus? Nōnne quod uni membro aufertur, toti corpori aufertur? Ne sinamus quæso ut intereat membra nostra. Meminerimus hoc olim malum in cōmunem corporis iniuriam concessurum,

quod modo singulis membris cōmune uidetur, nisi mature laboratibus fratribus opem feramus. Capitis nostri

stri uox est: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi se Matib. 25
 cisti. Esuriui, & dedisti mihi edere. Sitiui, & dedisti
 mihi bibere &c. Ne quæso committite, ut huiusmodi à
 uobis in Christū contumeliae prodijſſe putentur. Pro
 pter ipsum enim abundamus hisce rebus tēporarijs.
 Imò ipſe cum patre et ſpiritu sancto unus deus eſt, qui
 præbet nobis omnia affatim ad fruendum. Is ſibi acce
 ptum referet, ſi quid beneficiorū in proximum collo
 cauerimus. Quæ omnia huic tendunt, ut quām potest
 fieri celerrime fluxis illis & incertis diuitijs ~~maligau~~
~~χείρειν~~ dicamus: hoc eſt, ut ex hisce terrenis copijs,
 theſauros reponamus in coelo: ſeminātes transitoria,
 utique meſſuri permanſura. Et hoc eſt quod dicit hic
 Apoſtolus, debere ſibi diuites recōdere fundamen‐
 tum bonum in posterum, ut apprehendant uitam æternā.
 Erat olim Apoſtolo noſtro, cæterisq; ecclesijs Christi
 ingens ſtudium & cura ſuper collatione in pauperes,
 etiam ſi longius diſſiti habitarent: cuius rei uerſigium
 eſt cernere in epiftola ad Romanos cap. 15. & in po‐
 ſteriore ad Corinθios, capitibus octauo & nono. At
 uero quæ hodie noſtra eſt ſocordia? quæ frigiditas ani‐
 mum noſtrum moratur? qui ne illos beneficētia noſtra
 dignamur, qui ſe uifendos ſemper præbent oculis no‐
 ſtriſ, qui auribus noſtris crebrò quidē miferis illis cla‐
 moribus ſuis obſtrepunt: qui ſe totos in conſpectū no‐
 ſtrum abiciunt, ſuam ſinguli miferiam prodētes, quea

Cap. VI ANNOT. IN EPIST. PAVLI

rula quisq; uoce orat, obsecrat, obtestatur, urgetq; ut
præsentem necessitatem, & si non uincere totam, sal-
tem aliqua sibi ex parte lenire liceat: utrumq; autem
sine munificentia dñiorum fieri nequit. Huius itaque
doctrinæ, tanquam depositi cuiuspiam ingentis thesau-
ri, Timotheum suum commonefacit Apostolus, ne scili-
et aliam doctrinam quæ uel prophana uocum inani-
tate, uel falso nominatæ scientiæ titulo inflatur, cum
euangelica simplicitate commiteret. Nam quia euan-
gelica doctrina ab uno spiritu ueritatis & concordiæ
prodita est, diuersa utique aut pugnantia, neque ad-
mittere neque tradere potest. Dicit autem:

O Timothee, depositum serua, deui-
tans prophanas uocū inanitates, & op-
positiones falso nominatæ scientiæ, quā
nōnulli profitentes, circa fidem aberra-
runt. Gratia sit tecum. Amen.

Ethic ab episcopo uigilantiam & fidem requirit
Apostolus, ne scilicet unquam in utranque, quod pro-
uerbio dicitur, aurem dormiens, inertiæ somno oppri-
matur: ne concreditat sibi dominicam pecuniam, in-
Matth. 25 star serui inutilis, in terram defodiat. Quod quomodo
facere & possit & debeat, equidē epistole huius cap.
primo haud obscure diximus, & uos iam pridem didi-
cistis, quām non possit ferre inanes disputationes Chri-
stiana

stiana philosophia, quod sublimior sit, quam ut passim
 ex uulgo quiuis in reconditos illius atque arcanos rea-
 cessus irrumpere queat. Quidam dum impensius fo-
 phisticis contentionibus studebant, à fide Christi, cœu-
 salutis summa, exciderunt: tantum abfuit à uera scien-
 tia rerum spiritualium, inconstans illorum doctrina.
 Nostræ doctrinæ & summa & caput est credere, nō
 disputare. Christus ait: Qui crediderit & baptiza- Mar. 16
 tus fuerit, saluabitur. Nō dicit, qui humanis ratiocina-
 tionibus, aut opinionibus inter se nō cōuenientibus ad-
 dictus fuerit: sed simplicissime ait: Qui crediderit &
 baptizatus fuerit, saluabitur. Sed de fide alio magis
 opportuno tempore differemus. Nunc deū opt. max.
 oro, ut quod in pauperes agitare uos summo studio,
 aspicio, in finem usque non ex molestia aut ex necessi-
 tate (Nam hilarem datorem diligit deus) agere pos-
 sitis. Neq; enim melius ullum est opus, quam
 quod nos bonitate sua & deo & homini
 bus cōmendat. Gratia Christi
 cum spiritu uestro.

Amen.

TēλΘ.


BASILEAE, PER AND. CRATAN
 DRVM, MENSE SEPTEM
 BRI, ANNO M. D.
 XXXIII.



mare mi

the paper required
the value of each
the cost of each

the paper required
the value of each
the cost of each



981-982

